DE HEREDITARIIS PROVINCIARUM AUSTRIACARUM OFFICIALIBUS COMMENTATIO

Johann Georg Estor

Digitized by Google

Sigillum Liutoldi de Chunring. Supremi Pincerna Austria, de año 1301. Ex archiuo Stataum.

Sigil: Pilgrini de Puechaim, Dapiferi Austria, de año 1317. Ex archiuo Puchaimiano.

Sig: Stephani de Meissau, Mareschalci Austria, de año 1301. Ex archiuo Sta- tuum.

Sig. Rudolphi de Ebersterff. Camerarij Austria, de año 1314. Ex archiuo Sta- tuum.

DE HEREDITARIIS PROVINCIARVM AVSTRIACARVM OFFICIALIBVS

COMMENTATIO

NVNC SECVNDA VICE RECVSA.

CVRANTE

IOANNE GEORGIO ESTOR
SERENISSIMO DVCI SAXO-ISENACENSI A CONSILIIS AVLICIS, PROFESSORE IVRIS ORDINARIO ET TRIBVNALIS SERENISSIMORVM SAXONIAE DVCVM, QVOD IENAE EST, FACVLTATIS ITEM IVRIDICAE, NEC NON SCABINORVM COLLEGII ADSESSORE,
H. T. PRO-RECTORE.

LIPSIAE
PROSTAT IN OFFICINA LANGENHEMIANA
MDCCXXXVII.

Bayer. Staats-
Bibliothek
München

LECTORI

S. P. D.

IOAN. GEORG. ESTOR.

Quae iamiam anno cIↃ IↃccV. lucem vidit publicam eruditissima CELSISSIMI AVCTORIS de prouinciarum Austriacarum officialibus hereditariis diatribe, illa nunc, alio habitu,

ob raritatem et ſingularem doctrinam exaſciatamque elaborationem a multis dudum deſiderata, Ioannis Chriſtiani Langenhemii opera iterum prodit.

Siquidem aliqua tantum egeret commendatione haec de officialibus Auſtriacis commentatio; haud foret difficile, tum ob argumenti excellentiam, praeſtantiam vſumque maximum, tum ob ſumma ILLVSTRISSIMI AVCTORIS, HEROISQVE purpurati in rem litterariam, immo totam Germaniam, merita, ampliſſimam et copioſiſſimam praefationem eidem praemittere.

Verum enim vero hoc munus libens cedo viris, qui multum valent eloquentia, et diſerte ac ornate dicere didicerunt, atque magna grauiter poſſunt efferre: ſatis iam habens, eas huc repetere laudes non fucatas ac ſermones breues, quos de togato noſtro

HE-

HEROE, cum iusta encomiorum admiratione, instituerunt IOANNES PETRVS DE LVDEWIG, ADAMVS FRIEDERICVS GLAFEY et CHRISTIANVS GOTTLIEB SCHWARZ, *orbis eruditi decora et lumina.*

Hinc nihil adhuc addo, quam vt publice heic tester, me optimis ominibus prosequi CELSISSIMVM AVCTOREM, *idque vnum mihi esse in optatis declarem, vt hic, eminentissimae dignitatis* HEROS, AVGVSTISSIMI CAESARIS, *imperii germanici, et reipublicae litterariae bono valeat quam diutissime. Ienae ipsis Kal. Mai. cIↃ IↃcc XXXVII.*

 CONSPE-

CONSPECTVS
TOTIVS COMMENTATIONIS.

CAPVT I.

De Officialibus Hereditariis in genere, eorumque dignitate et Priuilegiis pag. 3

CAPVT II.

De Hereditariis Aulae Praefectis 14

CAPVT III.

De Hereditariis Camerariis 27

CAPVT IV.

De Hereditariis Mareſchallis 38

CAPVT V.

De Hereditariis Equilium Praefectis, von Erb-Stallmeiſtern 51

CAPVT VI.

De Hereditariis rei Venatoriae Praefectis 58

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT VII.

De Hereditariis rei Argentariae Praefectis, von den Erb-Silber-Cammerern. 61

CAPVT VIII.

De Hereditariis Pincernis 63

CAPVT IX.

De Hereditariis Dapiferis 71

CAPVT X.

De Archimagiris siue Hereditariis rei Culinariae Praefectis 79

CAPVT XI.

De Hereditario Austriae Inferioris Ianitore, von Erb-Thürhütter in Oesterreich 85

CAPVT XII.

De Hereditariis Bacilliferis, von Erb-Stäbelmeistern 88

CAPVT XIII.

De Hereditariis Scindendi Magistris, von Erb-Vorschneidern 89

CAPVT

CAPVT XIV.

De Hereditariis Falconum Magiſtris 91

CAPVT XV.

De Hereditario Auſtriae Inferioris Sacellano 91

CAPVT XVI.

De Supremo Hereditarioque in Prouinciis Auſtriacis Curſorum Publicorum Magiſtro 92

CAPVT XVII.

De Hereditario Auſtriae Vexillifero 111

CAPVT XVIII.

De Hereditariis rei Monetariae Magiſtro Auſtriae et Armamentarii Praefecto Auſtriae et Styriae, von Erb-Müntz- und Erb-Zeugmeiſtern in Oeſterreich und Steyer 114

CAPVT XIX.

De Supremo Duellorum ſiue Certaminum Equeſtrium Iudice in Auſtria, von Obriſten Kampf-Richter, Item, vom Kampf-Schild-Ampt in Oeſterreich 118

CAPVT XX.

De Solennibus in Homagii Publica Panegyri adhiberi ſolitis 120

DE HERE-

DE HEREDITARIIS PROVINCIARVM AVSTRIACARVM OFFICIALIBVS COMMENTATIO.

CAPVT I.

De Officialibus Hereditariis in genere eorumque dignitate et Priuilegiis.

INter caetera, quae decus praecipuum Imperantibus addere visa sunt; illud quoque habitum fuit, vt Viri insignes et opibus ac honore spectabiles, in aulis illorum seruirent. Hinc quanto quis Rex vel Princeps beatior fuit, tanto splendidiore semper vsus est famulatu. Apparet ideo rerum Germanicarum historiam euoluentibus iam olim quaedam curiae Imperialis officia apud Francos in vsu fuisse, cuius rei praeter caeteros testem locupletem ADALHARDVM, Caroli Magni propinquum, et Abbatem Corbeiae habemus. E cuius libro de *Ordine Palatii* HINCMARVS, RHEMENSIS EPISCOPVS, *in Epist. pag.* 207. edi-

edition. Sirmond. in haec verba ediſſerit: *Apocriſarius, quem noſtrates Capellanum vel Palatii cuſtodem appellant, omnem clerum Palatii ſub cura et diſpoſitione ſua regebat. Cui ſociabatur ſummus Cancellarius, qui a Secretis olim appellabatur.* etc. *Poſt eos vero Palatium per hos Miniſtros diſponebatur, Camerarium videlicet, Comitem Palatii, Comitem Stabuli etc. etc.* Annales Francici, a PETRO PITHOEO editi, ad Annum DCCLXXXI. ita habent: *Directi ſunt ad legationem in Baſileriam in Boioariam de parte Regis, Ludolphus Diaconus, atque Eberhardus, Magiſter Pincernarum.* Et ad Annum DCCCXXVIII. *Ludouicus Imperator Bernhardum Barcinone* Camerarium *in Palatio ſuo conſtituit.* Inprimis notabilis etiam, et haec, quae recenſuimus, egregie illuſtrans locus eſt apud WITTICHINDVM Lib. II. *Chronici*, ſub initio, vbi is Ottonis Magni Imperatoris inaugurationem coronationemque ac ſubſequens ſolenne conuiuium deſcribit: *Diuina deinde*, inquit, *laude dicta, ſacrificioque ſolenniter celebrato, deſcendebat Rex ad palatium, et accedens ad menſam marmoream regio apparatu ornatam, reſedit cum Pontificibus et omni populo: Duces vero miniſtrabant. Lothariorum Dux Giſelbertus: ad cuius poteſtatem locus ille pertinebat, omnia procurabat: Euerhardus* menſae *praeerat, Herimannus Franco* Pincernis: *Armulphus* Equeſtri Ordini *et eligendis locandisque caſtris praeerat etc.* Hic ſane clariſſime Sacri Romani Imperii Archi-Officiorum, quae hodie quatuor priores Sereniſſimi Electores ſeculares obeunt, fit mentio. Primus enim Giſelbertus Camerarium egit; Eberhardus Dapiferatum, Hermannus Pincernatum, Arnulphus Mareſchallatum adminiſtrauit. Iſta autem munera ea tempeſtate haudquaquam certis familiis annexa fuere, et veroſimile eſt, ne quidem ad vitam Principibus, qui ſemel ea geſſerant, competiiſſe, ſed potius in conuentibus Imperialibus ſingulariter iis, qui prae caeteris tunc eminere videbantur, eſſe demandata. a) Sicut autem

a) CONRING. *de Official. Imperii.*

autem in permultis aliis in Principum Germaniae regimine magnam cum ipſius Imperii adminiſtratione ſimilitudinem licet deprehendere, ita quoque in hiſce officiis Principes Imperii Imperatores noſtros videntur imitati. Reperiendi enim paſſim in Ducatibus, Principatibus, et Epiſcopatibus Imperii, haereditarii Mareſchalli, Camerarii, Pincernae et Dapiferi. Neque vero id *nouum* aut recens inſtitutum, ſed antiquiſſimum eſt. *Conſtitutio* enim de expeditione Romana Carolo Craſſo vulgo *tributa*, et a MARQVARDO FREHERO commentario illuſtrata, eius *mentionem* facit hiſce verbis: *Singuli Principes ſuos habent Officiarios ſpeciales; Mareſchallum, Dapiferum, Pincernam et Camerarium.* Vetuſtiſſimae originis horum Officialium, Principibus Imperii inſeruientium, teſtimonium praebent Bambergenſis Epiſcopatus officia illa, iam tum ab Henrico II. Imperatore circa annum Chriſti milleſimum adornata. Nec enim veroſimile eſt, tale quid tunc plane ſine omni exemplo praeuio in Principatibus aliis incepiſſe. Quemadmodum autem Imperatores officia Imperii miniſterialia ab initio ambulatoria, certis quibusdam familiis haereditario iure conceſſerunt; ita et illas dignitates in ſuis ditionibus Principes permulti, contractu feudali hereditarias effecere. Hos Officiales claſſi tertiae nobilitatis adſcribit CYRIACVS Spangenberger in tractatu des Adel-Spiegels lib. 10. cap. 1. Im dritten Grad, inquit, gehören die Ritter und die von Adel, ſo mit beſondern Erb-Amts-Titlen begnadet ſind, als Erb-Truchſeſſen, Erb-Schencken, Erb-Cämmerer, Erb-Marſchall, Erb-Mayern und dergleichen ꝛc.

Auſtriacae Prouinciae, quarum nomine Auſtriam vtramque, Styriam, Carinthiam, Carniolam Tirolem, Goritiamque hac vice complectimur, de vetuſtate horum Officialium nulli in vniuerſa Germania Regioni quidquam concedunt. Teſtes ſunt, non tantum, inferius ſuis locis exhibenda, vetuſtiſſima Diplomata, ſed et ſolennis illa Ducatus Styriae in Leopoldum

Auſtriacum An. 1186. Calendas Sept. per publicum Inſtrumentum ab Ottocaro, Styriae Duce, facta translatio, in quo ſuis Officialibus Styriae Terrae conceptis verbis cautum voluit: *Vt Dapiferi* (ſunt verba Diplomatis) *Pincernae, Camerarii, Mareſcalci, qui de Noſtris ſunt Styriae partibus intranti Duci Auſtriae ſinguli cum ſuis ſubiectis per officia ſua miniſtrent, ea diſciplina, qua Nobis et Parentibus noſtris miniſtrauerunt. Petenti curiam Imperatoris aut in expeditionem eunti dicti Officiarii paribus hebdomadibus, paribus diebus, paribusque ſumptibus ſeruiant.* b) Praeterea ſunt illis muneribus inſignia iura Priuilegiaque annexa, de quibus conſeruandis non ſemel, antiquis praeſertim temporibus, ſolliciti fuerunt incluti Auſtriae Ordines, quibus ALBERTUS Auſtriae Archi-Dux demiſſe ab illis ea de re imploratus, in Comitiis Prouincialibus Anno 1461. promiſit: Die Land-Leut in Oeſterreich in ihren Gefürſteten Erb-Aemtern keinerley Irrung und Eingriff thun, noch jemands andern geſtatten zu thun, und Sie die Inhaben und verweſen laſſen, als das Ihr Vorfordern und Sie hergebracht, iugehabt, und genoſſen haben. c) Et MAXIMILIANVS I. IMPERATOR diaeta Prouinciali Anno 1494. Viennae habita, articulis in eadem concluſis hanc ſanctionem inſeri paſſus eſt; Item: Die Königl. Maj. will ein jedes Geſchlecht, darauf die Erb-Aempter geſtifft ſeyn, bey ſeinen alten Herkommen bleiben laſſen. d) Verumenimuero, gaudent non tantum eminenti dignitate Officiales Hereditarii, ſed et aliqui ex illis, vti inferius docebitur, haud exiguo emolumento, muneribus illis annexo, quo decus et ſplendorem collati honoris eo melius tueri poſſint. Eo referendi ſunt cenſus annui, a Praepoſitis quibusdam numerandi, qui cum ſe difficiles in exſoluendo praebuiſſent, vel eos omnino detrectaſſent, Auſtriae Status querelam propterea ad aures

b) Steyriſche Land-Hand-Veſt, in Priuilegio Ottocari Styriae Ducis.
c) Vid. Land-Tags-Handlung Anno 1461.
d) Land-Tags-Schluß Anno 1494.

aures Maximiliani I. Anno 1510. detulerunt, et Ablegatis ſuis in mandatis dederunt: Die Kayſerl. Majeſtät zu bitten, gnädigſt darob zu ſeyn, und befehlen, damit den **Vier Erb-Aemptern** in Oeſterreich ihre **Gerechtigkeit** und **Zinnß**, ſo ihnen von Alters her gereicht worden, gegeben und außgericht werde, angeſehen daß dieſelben **Aempter** von Seiner Majeſt. und dem Hauß Oeſterreich zu **Lehen rühren**, und mit denſelben Gerechtigkeit und Zinſen genädiglich begabt ſeyn.

Annuit precibus illorum indulgentiſſimus Caeſar dato ſequenti reſponſo: Der Kayſerl. Majeſtät Regiment der Nieder-Oeſterreichiſchen Landen ſoll der **Erb-Aempter Gerechtigkeit** und **Freyheit** hören, und dermaſſen darinnen handeln, damit Ihnen das, ſo man Ihnen zu thun hat, außgericht und gegeben werde. e)

Qui autem Hereditariis iſtis Maioribus Officiis praeerant, (nam habuit olim Auſtria et Styria etiam ſub-Officiales quosdam, vt ſub-Pincerras, ſub-Mareſchallos, etc. Equeſtrium Familiarum Stirpe ſatos) ex Dynaſtarum ordine (aus dem Herren-Stand) ab omni aeuo electi fuerunt. Obliuioni enim tradendum non eſt, Status Auſtriae vtriusque in quatuor Ordines a prima origine fuiſſe diuiſos, quorum primus eſt Eccleſiaſticorum, ex Abbatibus et Praepoſitis conſiſtens. Secundus, Dynaſtarum, quorum numero Principes, Comites et Barones comprehenduntur. *Tertius Equitum et Nobilium*, Germanice der Ritter-Stand. *Quartus, Ciuitatum et* Oppidorum Prouincialium. His autem Hereditariis Officialibus inter ſeculares poſt Comites ante Proceres reliquos omnes frequenter primus concedebatur locus. Quod inter plurimos alios actus, obſeruatum fuiſſe animaduerti ab Alberto Comite Habspurgi poſtea Imperatore et Auſtriae Duce, qui in Priuilegio Viennenſi Ciuitati Anno 1281. in Vigilia S. Iacobi conceſſo hoc titulo vſus eſt: Wir Albrecht Graf zu Habſpurg und

e) **Land-Tags-Handlung.** Anno 1510.

Khüburg, Land-Graf zu Elſaß, Gewaltiger und gemeiner Verweſer in Oeſterreich und Steyer, ꝛc. ꝛc. Et inter Conſiliarios ex Auſtriacis Proceribus a Patre Rudolpho I. ſibi adiunctos hunc ordinem in Diplomate illo ſecutus eſt, vt ſtatim poſt Comites et Iudicem Prouincialem Auſtriae (Land-Richter) Hereditarios Officiales collocaret, hac videlicet ſerie:

Graf Bernhardt von Schönenberg.
Graf Berchtolt von Hardeck.
Otto von Haßlau, Land-Richter zu Oeſterreich.
Otto von Perchtoltzdorff, der Cämmerer.
Stephan von Meiſſau, der Marſchall.
Leopold von Khuenring der Schencke, und Heinrich ſein Bruder.
Friederich der Drugſatz von Lengenbach.
Erchinger von Landeſaue.
Conrad von Pilichdorff.
Ulrich von Khapelle, der Land-Richter ob der Enniß.
Conrad von Sumerau.
Hadmar von Sonberch.
Conrad von Pottendorff.
Reinprecht und Kalchoch, die Brüder von Erberſtorff. (f)

Non parum etiam Officialium Hereditariorum proedriae ius Rudolphus, Fridericus, Albertus et Leopoldus, Auſtriae Principes, cordi habuerunt, qui eos in inſtrumento Confoederationis cum Ludouico et Caſimiro Hungariae et Poloniae Regibus Anno 1362., Poſonii vltima Decembr. initae, ſecularibus poſt Comites omnibus, etiam Mareſchallo Prouinciali Auſtriae Inferioris, Capitaneo ſupra Anaſum, Curiaeque et Camerae Magiſtris Ducis Rudolphi praetulerunt. g)

In

f) *Priuilegium* Vrbi Viennenſi Anno 1281. datum.

g) *Foedus* inter Hungariae Poloniaeque Reges et Auſtriae Duces erectum quod inter *Priuilegia Statuum* aſſeruatur.

In documento iſto nonnulla inſuper occurrunt, obſeruatu digniſſima, quae cum Lectore Beneuolo communicanda omnino veniunt. Nimirum, quod foedus iſtud contractum fuerit *de maturo*, vti verba ſonant, *et deliberato Conſilio Praelatorum et Maiorum Noſtrorum Baronum*, et iterum in fine Diplomatis: *Vt praemiſſa rata et incommulſa permaneant et ſeruentur, praeſentes literas Noſtras appoſitione Sigillorum Ducalium nec non Sigillorum Praelatorum* et Baronum Noſtrorum, *qui etiam ſuper ratihabitione praemiſſorum Iuramenta corporaliter praeſtiterunt, ſequuntur communita.* Porro, et illud haud omittendum eſt, omnibus, qui ex Dynaſtarum Ordine (Herren-Standt) inter Auſtriacos ad teſtimonium dicendum accerſiti fuere, elogium *Dominus de*, Herr von N., praeter morem iſtius ſeculi Dynaſtis haud frequenter eiusmodi titulos tribuentem, adiici. Quod Baro STREVNIVS in Opere der Land-Hand-Veſt h) commentario ad hoc foedus, iam obſeruatu dignum exiſtimauit: Haec enim ſunt eius verba: Es iſt aber ſolche Bindnuß, wie zu ſehen, mit groſer Solennitaet aufgerichtet und verfertiget worden, welches daraus umb ſo viel mehr abzunehmen, daß Ertz-Hertzog Rudolph die vom Herren-Standt, zuwieder dem Gebrauch illius Saeculi (und deß ſowohl im Römiſchen Reich, als Böheim) mit dem Praedicat Dominus de, Herren von N. würdiget und ehret, ungezweiffelt darum, daß Sie gegen dieſen beyden Außländiſchen Potentaten deſtomehr Anſehens haben ſollen. De reliquo, non tantum hac vice Officiales hereditarios Auſtriacos caeteris Ordinibus, ſed et in aliis Diplomatibus ſuis Rudolphus Auſtriae Dux praepoſuit: audiamus in hunc finem iterum Baronem STREVNIVM: i) Herrn Eberharden, Herrn von Walſen, und Herrn Hannſen, Herrn von Traun, iſt als Abgeſandten, die nechſte Stell nach denen Erb-Aemptern gegeben worden, wie dann die Erb-Aempter ſonſt auch in viel andern dieſes Ertz-Hertzogs Rudolphi Brieffen, allen andern Aemptern vorgeſetzt

h) Pag. 573. i) idem ibi.

ſeſt worden. Quo pacto non tantum Auſtriaci Hereditarii Officiales reliquis Auſtriae Proceribus, ſed et illi qui in Styria et Carinthia hereditaria munia obierunt, inter Conciues ſuos hoc in foederis inſtrumento, primas tenuerunt; cuius concluſio in hunc ſenſum concepta eſt: *Nomina autem Principalia Praelatorum et Baronum Ducatuum Noſtrorum, quorum Sigilla praeſentibus appendent ſunt haec: Venerabilis in Chriſto Dominus Gottfriedus Patauienſis, Dominus Ioannes Curczens. Noſtrae Curiae* Cancellarius, *Dn. Vlricus Seccouienſis et Dn. Petrus Lauentinenſis Eccleſiarum Epiſcopi. Petrus S. Lamberti, Ioannes Medlicenſis, Vlricus S. Pauli Vallis Lauentinae, Albertus Admontenſis, Clemens Scotorum Viennae, Vlricus in Kotwico, - - - in Crembsmunſter, Mon. Abbates. Item Iacobus Perichſtergadienſis, Orthbolphus Neuenburgenſis Eccleſiarum Praepoſiti.*

Item Spectabiles et Generoſi Meinhardus de Goricza, Palatinus Carinthiae, Otto de Ortemburg, Vlricus de Schounberch, Comites, Auunculi Noſtri Cariſſimi, Nobiles ac Fideles Nobis Dilecti, Berchtoldus de Maidburch, Ioannes de Phannberch, Vlricus de Cilia etiam Comites.

Iam ſequuntur Officiales Hereditarii et caeteri Proceres. Auſtriae, Styriae et Carinthiae hoc ordine:

Stephanus Dominus de Meiſſau, Summus Mareſchalcus.
Albertus Dominus de Puecham, Summus Dapifer.
Petrus Dominus de Eberſtorff, Summus Camerarius.
Haidenricus Dominus de Meiſſau, Summus Pincerna.
Wilhelmus Dominus de Creuspach, Summus Magiſter Venatorum Auſtriae.
Ioannes Dominus de Traun, Capitaneus ſupra Anaſum.
Eberhardus Dominus de Walſee de Anaſo.
Iohannes dictus Comes de Pernſtein.
Leutoldus Dominus de Stadeck, Prouincialis Mareſchalcus Auſtriae.
Eberhardus Dominus de Capella, Capitaneus Noſter Anaſi.

Perch-

Perchtoldus Dominus de Pergow Iudex Curiae Noſtrae.
Heinricus Dominus de Rauenſtein.
Ioannes Turſo, Dominus de Raubeneck.
Eberhardus Dominus de Tachsberg.
Ioannes Dominus de Zelcking.
Albertus Stuchs, *Dominus de Trautmanſtorff.*
Conradus Dominus de Pottendorff.
Pilgrinus Dominus de Streun.
Fridericus Dominus de Winckel.
Chadoldus Senior, Dominus de Eckartſau.
Vlricus Dominus de Kranichberg.
- - *Dominus de Hohenberg.*
Heinricus Dominus de Hackenberg.
Wolfgangus Dominus de Winden.
Otto Dominus de Walzendorff.
Gottfridus Dominus de Wildungsmaur.
Chattoldus dominus Haſlowe
Item de Styria.
Fredericus Dominus de Pettouia, Summus Mareſchalcus.
Fredericus Dominus de Walſee de Graz, Summus Dapifer.
Rudolphus Otto Dominus de Liechtenſtein, Summus Camerarius.
Fridericus Dominus de Stubenberg, Summus Pincerna *Styriae.*
Agmen claudunt Carinthiae Officiales hac ſerie collocati.
Item, Fridericus Dominus de Auffenſtein, Summus Mareſchalcus *et Capitaneus.*
Hertnidus Dominus de Grey, Summus Dapifer.
Hermannus Dominus de Oſterwiz, Summus Pincerna Carinth.
Item Chunradus Dominus de Auffenſtein Capitaneus Carniolae.
Heinricus de Monte Pariſo.
Eberhardus Dominus de Walſee de Graz.
Heinricus de Rappach, Noſtrae Curiae Magiſter.
Ioannes de Laſperch, Noſtrae Camerae Magiſter.

Cum hac ordinis praerogatiua, antiquis temporibus Officialibus Hereditariis tributa, apprime concordant Priuilegia recentioribus etiam temporibus a FERDINANDO I. IMPERATORE Hereditario Aulae Praefecto in Auſtria collata, vt poſt Locumtenentem Auſtriacarum Terrarum et Mareſchallum Prouincialem locum occupare in omnibus conuentibus ius haberet. Verba Diplomatis Rogendorffiis Baronibus Anno 1539. deſuper dati, haec ſunt: Es ſoll auch der Aeltiſt von Rogendorff, ſo das Erb-Hof-Meiſter-Ambt zu Lehen träget, den Vorgang und Seſſion vor allen Erb-Aemptern Unſers Ertz-Hertzogthums Oeſterreich unter der Ennß nach Unſern Stadthalter Unſerer N. Oe. Landen und einen Land-Marſchall, es ſey in Feld-Zügen, Räthen, Land-Tagen, oder andern ehrlichen Verſammlungen haben ꝛc. ꝛc. k) Sed quae de primaria Officialium Hereditariorum in Auſtria Seſſione, hucusque allata ſunt, Noſtrorum temporum conſuetudine vix amplius comprobantur, cum extra Homagii ſolennitates, reliquis Proceribus in pari dignitatis gradu conſtitutis, Miniſteriales Patriae haud amplius praeferri ſoleant.

Antiqui quatuor Officiales Auſtriae, Pincerna, Dapifer, Mareſchallus et Camerarius, praecipua horum munerum intuitu, inſignia gerendi facultatem acceperunt, quae in tabula aeri inciſa, huic paginae adiuncta, conſpicienda ſe praebent.

Icon ſub N. I. exhibet Equitem, toga indutum, nudo capite Equo inſidentem, manibusque Scyphum tenentem, cum inſcriptione: S. LIVTOLDI DE CHVNRING, SVPREMI PINCERNE AVSTRIE. Phaleris equi gentilitiis Chunringianae Familiae armis inſertis.

Secunda pariter repraeſentat virum equo vectum, pileoque opertum, manibus catinum clauſum habens. In margine

k) Ex Archiuo Rogendorffiano.

ne haec verba leguntur: S. PILGRINI DE PVECHHAIM DAPIFERI AVSTRIE.

Tertia effigies ſub N. III. Mareſchalli Hereditarii armati equitantis eſt, caput eius mitra plumis ſtruthionicis ornata, pectus clypeo inſignia referente, quae etiam lateri equi adhaerent, tegitur, dextra geſtat non enſem, Mareſchallorum alioquin ſignum, ſed clauam inſtar ſceptri effigiatam, cuius rationem haud reddere poſſum. Inſcriptio autem haec verba refert: S. STEPHANI DE MEISSAWE MARESCHALCI AVSTRIE.

Sigillum quartum ſub N. IV. Camerario Auſtriae tribuendum eſt, mitram Ducalem capiti impoſitam habet, pallio humeros premente, manibus autem ſceptrum gerit, titulus eſt: S. DOMINI RVDOLPHI DE EBERSTORFF, CAMERARII AVSTRIE.

Quemadmodum autem in aliis Regnis et Prouinciis, ſic etiam in Auſtriacis, a primordio non niſi quatuor hereditaria Officia, nimirum Pincernarum, Dapiferorum, Mareſchallorum et Camerariorum, vſu recepta fuerunt, quae ſucceſſu temporis in maiorem numerum excreuere. Nam praeter illa antiquiſſima hodienum cernimus, Aulae Praefectos, Equiſonum Magiſtros, Venatorum Praepoſitos, Archimagiros, Argentarios, Bacilliferos, Sciſſores, Falconum Magiſtros, Ianitores et Aulae Capellanum receptos eſſe. De quibus omnibus, quoniam in ſolenni panegyri, qua Sereniſſimis Archiducibus noſtris votum ſacramentumque ſoluitur, munia ſua exercent, primo loco agere animus eſt, deinde etiam ad reliquos Auſtriae Hereditarios Officiales, quibus Supremus Curſorum Magiſter, Bandophorus ſiue Vexillifer Auſtriae, Monetarum Praefectus, etc. etc. accenſentur, ſermonem directuri.

CAPVT II.

De Hereditariis Aulae Praefectis.

Hereditarius Aulae Praefectus in Auſtriacis ditionibus inter reliquos Officiales primum ac praecipuum locum tenet. Non vitio nobis ideo vertendum eſt, ſi de illo initium facimus, obſeruaturi in reliquis Officialibus recenſendis eum *Ordinem*, quem Diuus FERDINANDVS IV., Romanorum Rex, in Homagii publica panegyri Anno 1651. obſeruatum voluit. a) Qui autem Aulae Praefecturam commiſſam habebant apud Francorum Reges, interdum Maiores Domus, ſaepe Prouiſores Aulae, Magiſtri vel Comites Palatii, Comites Palatini, vel Comites Domus Regiae dicebantur. Eorumque officium ex ſententia FRANCISCI HOTOMANNI apud Germanos das Hauß-Meyer-Ambt nominabatur. Illi apud Francorum Reges tanta autoritate pollebant, vt non ſolum aulae regiae curam haberent, ius ibi dicerent, ſed et primum a Rege *locum occuparent*. Hinc Pipinus Anno 750. cum ſe amplius intra terminos moderatae potentiae continere non poſſet, Clodouaeum de ſolio deturbauit, ſibique et poſteris ſuis Francorum regnum aſſeruit. Ad Francorum priſcorum exemplum aliae quoque gentes, quamuis longiſſimo poſt temporis interuallo, viris conſpicua dignitate et meritis, Aulae Praefecturam in principum aulis et prouinciis obeundam, demandarunt. In Tirolenſi principatu (de quo ſuo loco vberius dicetur) iam ante quadringentos annos iſtud munus in vſu fuiſſe nouimus. Sic in Bauaria ſuperiore, vt taceam plura exempla, Barones a Degenberg vltra trecentos annos Aulae Magiſtri munere defuncti ſunt.

In Auſtria inferiore, quamuis huius muneris primordia, a tanto

a) Vide die ausführliche Beſchreibung des N. Oe. Huldigungs-Actus. Anno 1651.

a tanto annorum decurſu haud repetantur, neque tamen noua prorſus, aut hodie vel heri nata dignitas eſt. Debetur enim munificentiae FERDINANDI I. Caeſaris, qui Prouincialis Aulae Magiſtri Officium Archi-Ducatui ſuo contulit, et illuſtres Rogendorffios Anno 1539. hereditarios Aulae Praefectos ſequenti tenore *Diplomatis* conſtituit. b)

Wir Ferdinandt von Gottes Gnaden Römiſcher König, zu allen Zeiten Mehrer des Reichs, ꝛc. Bekennen für Uns und Unſere Nachkommen, Ertz-Hertzogen zu Oeſterreich, offentlich mit dieſen Brieff, und thun kund allermänniglich. Nachdem Wir in genugſamer Erfahrung ſeyn, daß der mehrertheils Orientaliſcher Kayſer und König, weyland Unſeren Vorfahren, Ertz-Hertzogen zu Oeſterreich, ſeliger Gedächtnuß, umb Ihres ehrlichen Herkommens, Fürſtlichen Wohlhaltens, und tapffern anſehnlichen Thaten willen, ſo Sie nicht allein zu gemeiner Chriſtenheit Aufenthaltung, ſondern auch Mehrung derſelben, begangen, mit hohen und groſen Gaaben, Gnaden und Freyheiten fürgeſehen und gewürdiget haben, daraus erfolgt iſt, daß dieſelbigen Unſere Vorfahren bemelt, Ertz-Hertzogthum Oeſterreich, und die Städt und Unterthanen darinnen, von Tag zu Tag zu Ehren und Aufnehmen bemeldts Lands erhöhen, und unter andern Würdigkeiten dem bemelten Ertz-Hertzogthumb unter der Ennß die hohen Erb-Aempter, als Marſchall, Cammerer, Truchſaß und Schencken eingeſetzt und benennt, welche folgends wohlverdienten ehrlichen Geſchlechtern verliehen ſeyn, und aber unter ermelten Erb-Aemptern das Hofmeiſter-Ampt, daß doch bey Unſern Zeiten für das höchſte und fürnehmſte geacht und gehalten würdet, nicht benennt iſt, und Uns nicht allein als Römiſcher König, ſondern auch als Regierenden Ertz-Hertzogen und Lands-Fürſten in Oeſterreich zuſtehet und gebühret

b) *Archiu. Rogendorffian.*

ret in Unſerer Vorfahren Fußſtapffen zu tretten, Unſers Hauß Oeſterreich Freyheit und Würdigkeit zu mehren, und zu ſolchen Unſern liebſten Söhnen gleicherweiß den Weeg zu zeigen, daß kein Gutthat unbelohnet bleibe; Wann ſich nun die Ständ Unſers Ertz-Hertzogthums Oeſterreich unter der Ennß, in Zeit Unſerer Regierung, gegen Uns allerunterthänigen Gehorſam befliſſen, in Lieb und Leyd, Fried- und Kriegs-Zeiten allweg mit Darſtreckung Ihres Leibs, Guts und alles Vermögens, als die getreuen Unterthanen erzeigt und bewieſen haben, und ungezweiffelt hinfür in ſolchen gegen Uns, Unſer Erben und Nachkommen feſtiglich beharren werden, darumen, und zu Erzeigung Erkänntliches Gemüths und guter Wohlthaten; So haben Wir aus eigener Bewegnuß, und auch nach zeitigem tapffern Rath, rechter guter Vorbetrachtung, bemelt Unſer Ertz-Hertzogthum mit dem **Erb-Hofmeiſter-Ambt** gewürdiget und verſehen, inmaſſen daſſelbige hievor von Unſern Vorfordern, mit den andern Erb-Aempten begabt und gewürdiget iſt, und meinen, ſetzen und wollen als Römiſcher König, daß nun hinfür gemelt Unſer Ertz-Hertzogthum Oeſterreich unter der Ennß, das obgemelte **Erb-Hofmeiſter-Ambt** haben: Es ſollen auch in allen Actis und Solennitaeten, in Geiſtlichen und Weltlichen Sachen, allen andern Erb-Aemptern vorgehen: Und dieweil nun andere Erb-Aempter durch ehrliche alte Geſchlecht getragen werden, die von Unſern Vorfahren, damit umb Ihres Verdienens und guter Wohlthaten wegen, begnadt und belehnet ſeyn, ſo haben Wir wahrgenommen, und betracht das Adelich Herkommen des Geſchlechts der Freyherren zu **Rogendorff**, darzu die getreuen willigen Dienſt, ſo daſſelbig Geſchlecht Unſern Vorfahren am Reich, und Unſerm Hauß Oeſterreich, und fürnehmlich der Edlen Unſerer Lieben Getreuen Wilhelm Unſers Cammerers, und Obriſten Hofmeiſters Wolffgangen und Georgen, Gebrüdern, Freyherren zu Rogendorff und Mollenburg Vor-Eltern, als Sigmundt Ihr Anherr, und Caſpar Ihr Vatter, weyland Unſern Uhr- und Anherrn Kayſer Friederichen,

und

und Kayſer Maximilian, Beyden Hochlöblichen Gedächtnuß, in Kriegs- und Friedens-Zeiten, wie Wir wahrhafftiglichen bericht ſeyn, treulich und ehrlich gethan haben, und darumben mit wohlbedachtem Muth, eigner Bewegnuß und rechter Wiſſenheit, auch zeitigem guten Rath Unſerer Fürſten und anſehnlichen trefflichen Räthe und Land-Leuth angezeigte **Erb-Hofmeiſter-Ambt**, auf dem Nahmen und Stammen Männlichen Geſchlechts, der Freyherren zu **Rogendorff**, gewidmet, und damit zum Anfang dem bemelten Wilhelm, Freyherrn zu Rogendorff, von wegen der Tugend, Schicklichkeit und Redlichkeit, und erſprießlichen getreuen Dienſten, die Er weyland Unſern Herrn und Vattern König Philippen zu Caſtilien, Leon und Granaten löblicher Gedächtnuß, auch fürnehmlich in Unſers lieben Bruders und Herrn, der Röm. Kayſerl. Majeſtät Dienſten, in männigen Heer-Zügen, Kriegs-Nöthen, und ſonderlich mit Eroberung der Weiſſen Mohren, und des Bergs Spadon, und vor der Stadt Fontarabia in Hiſpanien, und Unß gleicher weiß in Unſer Stadt Wienn, der Zeit dieſelbe von dem Erb-Feind der Chriſtenheit mit unerhörlicher trefflicher Macht zu Waſſer und Land unverſehentlich gantz hefftig belagert, bearbeit worden, und auch ſonſt in etlichen Feldzügen, zu Erlangung Unſerer Erblichen Gerechtigkeit, in Unſer Cron Hungarn, mit Darſtreckung und Vergieſſung ſeines Leibs, Guts und Bluts, und ſonſt an Unſerm Hof, als Unſer Geheimer Rath, Cammerer, und Obriſter Hofmeiſter zu Unſer und Unſers Hauß Oeſterreich Ehr, Nutz und Wohlfahrt nicht mit kleinem ſeinen genommenen Schaden, fleißiglich, getreulich, männlich und Ritterlich gethan hat, und fürder Uns und Unſerm Hauß Oeſterreich nützlich thun kan und mag, mit angezeigten **Erb-Hofmeiſter-Amt** genädiglich belehnet, und thun ſolches aus Römiſcher Königlicher und Lands-Fürſtlicher Macht, als Regierender Ertz-Hertzog zu Oeſterreich, wiſſentlich in Krafft dieſes Brieffs, alſo, daß nun hinfüran gedachter Wilhelm, Freyherr zu **Rogendorff**, und nach Ihm allweg der **Aeltiſt** ſeines Namens und Geſchlechts das angezeigte

Erb-Hofmeiſter-Ambt in Oeſterreich unter der Ennß, von Uns und Unſern Nachkommen, regierenden Ertz-Hertzogen deß Hauß Oeſterreich zu Lehen haben und tragen, und ſo offt ſich der Fall begiebt, wiederum von Uns und Unſern Erben zu Lehen empfangen, gemeldt Ambt ſobrauchen, und allweg der Aeltiſt ſich Obriſter Erb-Hofmeiſter, und dann die Jüngern von Rogendorff ꝛc. ſich gleicherweiß Erb-Hofmeiſter (das Wörtlein Obriſter außgeſchloſſen) nennen, ſchreiben, und von männiglich darfür genennt, geehrt und gehalten werden. Es ſoll auch der Aeltiſt von Rogendorff, ſo das Erb-Hofmeiſter-Ambt zu Lehen tragt, den Vorgang und Seſſion, vor allen Erb-Aemptern Unſers Ertz-Hertzogthumbs Oeſterreich unter der Ennß, nach Unſern Stadthalter Unſerer Nieder-Oeſterreichiſchen Landen, und einem Land-Marſchall, es ſey in Feld-Zügen, Räthen, Land-Tägen, oder andern ehrlichen Verſammlungen, haben, und ſo ſich begibt, daß Unſere Liebſte Söhne, und derſelben Erben und Nachkommen, von Unſern Land-Leuten in Oeſterreich unter der Ennß die Erb-Pflicht aufnehmen, oder von einem Römiſchen Kayſer und König, die Lehen Unſerer erblichen Fürſtenthum und Lande empfahen, ſollen bemelten Wilhelm von Rogendorff, ꝛc. und nach Ihm dem Aelteſten deß Nahmens von ermeltes Erb-Hofmeiſter-Ambt wegen, ſo Sie anders zu derſelben Zeit bey den Actis und Dienſt gegenwärtig ſeyn, ein Verehrung in dem Werth, wie ungefährlich einem Hof-Marſchall, oder dergleichen Aempter einen geben würdet, von Uns und Unſern Erben erfolgen. Und damit dieſe Unſere Begabung ſo viel mehr in guter und ewiger Gedächtnuß verbleibe, ſo haben Wir mit gedachtem Wilhelm, Freyherrn zu Rogendorff, ꝛc. dahin gehandlet, daß Er gutwilliglich zugelaſſen und bewilligt, ſein Behauſung allhie zu Wienn in der Herrn-Gaſſen zu ſolchem Erb-Hofmeiſter-Amt zu incorporiren und einzuleiben, welches dann hiemit alſo incorporirt und eingeleibt ſeyn, auch jetzo und künfftiglich nicht anders, als die Behauſung deß Erb-Hofmeiſter-Ambts genennt, gebraucht, und gewendt werden ſollte.

ſollte. Da entgegen ſo bewilligen Wir bemelten von **Rogendorff einhundert Pfund Gelds**, von dem erſten und nechſtkünfftigen völligen Lehen, ſo Uns als Ertz-Hertzogen zu Oeſterreich in Unſern Erblichen Fürſtenthumen und Landen, durch was Weeg das geſchehe, heimfallen, über die Verſchreibungen, ſo Wir auf dergleichen völlige Lehen hievor andern Perſohnen gethan, bewilligt und gefertigt haben, gnädiglich erfolgen und zuſtehen zu laſſen; dergeſtalt, daß ſolche **hundert Pfund Gelds** zu ſtattlicher Fürſehung deß Erb-Hofmeiſter-Ambts gebraucht und gewidmet werden, deren Er auch auf ſein, oder nach Jhme deß Aeltiſten von **Rogendorff** Anzeigen und Erſuchen von männiglich habhafft und entricht werden, und mit ſolcher Verweiſung zu ſtund, nach Entrichtung der Perſohnen, ſo obbeſtimbter maſſen vor dato dieſes Brieffs hievor auf dergleichen völlige Güter verwieſen ſeyn, angehen ſolle. Und zu mehrerm Anzeigen, gnädigen Willens, begaben Wir bemeltes **Hofmeiſter-Ambt** nachfolgender geſtalt, nemlich, daß jetztgemelten Wilhelm, Freyherrn zu Rogendorff, ꝛc. und nach Jhm allweg dem Aeltiſten ſeines Nahmens, welcher ſolches Erb-Hofmeiſter-Ambt trägt, jährlich, und eines jeden Jahrs beſonder, auß Unſerm Saltz-Ambt zu Gmunden **funffzig Fuder Saltz**, Mauth und Aufffchlag frey gerechnet werden. Sie ſollen und mögen auch zu Jhrer Hauß-Nothdurfft zum Verdienſten in der von **Rogendorff**, ꝛc. Behauſung, hie in der Herren-Gaſſen gelegen, ſo bemelter Wilhelm von Rogendorff gedachtem Erb-Hofmeiſter-Ambt incorporirt und zugeeignet hat, allerley Wein, Trayd und andere Speiß, Bruck-Geld, auch aller ander Mauth frey bringen und führen, ohn gegenwärtiger und künfftiger Mauthner, Beſchauer, Hand-Grafen der Stadt Wien, und ſonſt männiglichs Jrrung und Verhinderung. Und gebieten darauf allen und jeglichen Unſern Fürſten, Geiſt- und Weltlichen, Prälaten, Grafen, Freyherren, Rittern, Knechten, Haubt-Leuthen, Land-Marſchallen, Vitzdomben, Vogten, Pflegern, Verweſern, Ambt-Leuthen, Hand-Grafen, Burgermeiſtern, Richtern, Rä-

Räthen, Burgern, und Gemeinden, und ſonſt allen andern Unſern Unterthanen und Getreuen, in was Würden, Stands, oder Weeſens die ſeyn, und ſonderlich allen Ehrnholden, Perſevanten, ernſtlich und feſtiglich mit dieſen Brieff, und wollen, daß Sie alſo gemeine Unſere Landſchafft in Oeſterreich unter der Ennß, bey ſolchem Erb-Hofmeiſter-Ambt, und ſonderlich die Freyherren von Rogendorff, als Träger deſſelben Ambts, hinfüran ewiglich für Erb-Hofmeiſter erkennen, ehren undt halten, Sie auch bey ſolchem und der obgemelten Gnaden und Freyheiten beruhiglich bleiben laſſen, darwieder nicht thun, noch deß jemands andern zu thun geſtatten, in keine weiß noch weeg, als lieb einem jeden ſey Unſer ſchwere Ungnad und Straff, und darzu ein Pön, nemlichen funffzig Marck löthiges Golds zu vermeiden, die ein jeder, ſo offt er freventlich darwieder thäte, Uns halb in Unſer Cammer, und den andern halben Theil gedachten Freyherren von Rogendorff, ꝛc. oder Ihren Erben verfallen ſeyn ſollen, und deß alles zu langwieriger Gedächtnuß, ſein Gezeugen, und an Unſerm Königl. Hof geweſen, die Hoch- und Ehrwürdigen, Hoch- und Wohlgebohrnen, Edle Unſere liebe getreue Freund, Vettern, Oheim, Schwäger, Fürſten, Andächtige und liebe getreue, Herr **Leonhardt**, der Heil. Römiſchen Kirchen deß Titls Sancti Stephani in Celio Monte, Prieſter, Cardinal, Biſchoff zu **Trient** und **Prixen**, Unſer Praeſident Unſers Geheimen Raths, Obriſter Cantzler und Stadthalter der Ober-Oeſterreichiſchen Landen, ꝛc. Herr **Paulus**, Ertz-Biſchoff zu **Gran**, Primas und Obriſter Cantzler Unſers Königreichs Hungarn, **Ernſt**, Adminiſtrator deß Stiffts Paſſau, Phalentz Graf bey Rhein, Hertzog in Ober- und Nieder-Bayrn, **Heinrich** Hertzog zu **Braunſchweig** und **Lüneburg**, **Albrecht**, Hertzog zu **Meggelburg**, **Johann** Biſchoff zu Wienn, und Coadiutor zur Neuſtadt, **Alexius** Turtzo, Freyherr zu Bethlehem Falua, Unſer Stadthalter in Hungarn, **Islauw Bireck** von der Taub und Leib auf Reichſtatt, Unſers Königreichs Böheim, und Unſerer liebſten Söhne

Obri-

Obriſter Hofmeiſter, Adam Löw von Roſenthal und Platna, Leonhard Freyherr zu Velß, Unſer Cammerer, ꝛc. Obriſter Marſchall, Lands-Hauptmann an der Etſch, und Burg-Graf zu Tyrol, Niclas Graf zu Salm, ꝛc. Zu Neuburg am Ynn, Unſer Obriſter Cammerer, ꝛc. Hannß Hofmann, Freyherr zu Griembühel und Strechau, Unſer Cammerer, Hauptmann zu der Neuſtadt, und Burck-Vogt auf Steyer, Julius Graf zu Hädegg, Glatz und in Machland, Unſer Erb-Schenck, und Lands-Hauptmann in Oeſterreich ob der Ennß, Chriſtoph Graf zu Lupfein, Leonhardt Graf zu Nagrol, Sigmund Graf zu Latron, Hannß Ungnad, Freyherr zu Sonnegg, Unſer Obriſter Fürſchneider, Landshaubtmann in Steyer, Lands-Haubtmann und Vitzdomb zu Cyli, Niclas Juritſchitz, Freyherr zu Günß, Unſer Cammerer, Lands-Hauptmann in Crain, und Obriſter Feld-Hauptmann Unſerer Nieder-Oeſterreichiſchen Landen, Wilhelm Freyherr zu Schwartzenberg, Wilhelm von Zelcking, Hauptmann auf Haimburg, Sigmundt von Herberſtein, Freyherr, Wilhelm von Kuenring, und andere mehr, Unſer anſehnliche Räth, Land-Leuth und Diener. Mit Uhrkundt diß Brieffs, beſiglet mit Unſerm Königlichen anhangenden Inſigl. Der geben iſt in Unſer Stadt Wienn den 6ten Februarii Anno 1539. Unſerer Reiche, deß Römiſchen, im Neunden, und der andern im Dreyzehenden Jahre.

Ferdinand.

Georg Gienger Doctor.

Ad mandatum Domini Regis proprium.

H. Weiſperg.

Manſit penes hanc familiam illuſtris huius dignitatis ſplendor ad Annum usque 1620. quo, volente ſic Diuo FERDINANDO II. cum omnibus iuribus et commodis ei annexis ad Illuſtriſſimos Comites TRAVTSONIOS delata eſt. (c.) Hi ex Ty-

c) Vid. die Oeſterreichiſche Lehns-*Regiſtratur*.

Tyroli in Auſtriam propagati ſunt, et illuſtri antiquitatis decore nulli in patria ſua concedunt. Originem nominis Trautſonii iſtam fuiſſe, accepi, cum ex hac gente nonnemo antiquiſſimis temporibus principi ſuo inprimis charus acceptusque eſſet, affectusque teſtandi gratia, ſubinde Germanico idiomate Trauter Sohn, quaſi diceres, dilectiſſime, coniunctiſſimeque fili, ſalutaretur, in memoriam ſummae huius beneuolentiae, nomen iſtud familiam retinuiſſe, quod tandem corrupto nonnihil idiomate in Trautſon abiit. Caeterum, BERTHOLDVS, TRAVTSON dictus Chrell iam Anno 1134. claruit. d) Conradus autem, quem BVCELINVS ei filium dedit, e) teſtante Comite FRANCISCO ADAMO BRANDISIO inter Comites et Dynaſtas, quos Fridericus de Reifenſtein in donationis inſtrumento, Monaſterio Wiltau Anno 1178. tradito, teſtes vocauit, primum ac praecipuum locum aſſignatum habuit. f) CONRADVS TRAVTSON, matrimonio Catharinae de Matray, Dynaſtiam et inſignia huius nominis circa Annum 1380. acquiſiuit. g) Gaudent etiam Comites Trautſonii ob Falckenſteinenſem Comitatum, in Auſtria ſitum, priuilegio cudendi monetam, quod eis a RVDOLPHO II. Caeſare, cum dignitate Comitum ornarentur, conceſſum eſt. Ex hac antiquiſſima proſapia FRANCISCVS EVSEBIVS COMES TRAVTSONIVS munere hereditarii Aulae Praefecti in Inferiore Auſtria iam fungitur, cuius frater minor natu, Excellentiſſ. LEOPOLDVS DONATVS, Sacrae Caeſ. Mai. Conſiliarius Intimus, et Supremus Cubiculi Imperatoris Praefectus, Aulae Imperiali Auguſtiſſimi Ioſephi Caeſaris inſigne ornamentum praebet.

Auſtriae Inferioris Archiducatui propter nominis ſimilitudinem AVSTRIAM SVPERIOREM, citra tamen Ordinis praeiudicium, ſubiungo, haud quippe ignarus, quid multis ab hinc elapſis annis, ratione praecedentiae iuris, inter hanc et interiores

d) BVCELINVS *Germ. Stemmatogr.* P. III. e) Idem *ibidem.*
f) Im Tyroliſchen Adels-Ehren-Krängel pag. 121. g) Idem *ibid.*

res Auſtriacas prouincias (Jnner Oeſterreichiſche Länder) actum agitatumque fuerit. Itaque Aulae Praefectos Auſtriae Superioris Anno 1570. Maximilianus II. Barones IOERGEROS, de quorum familia in *Collectaneis Genealogicis* Cap. XXX. mentio facta, et inter illos primo loco Chriſtophorum Baronem nominauit, addito *priuilegio*, vt ſeſſionis ordine reliquos Auſtriae Superioris *Dynaſtas* antecedere deberent. Contra quid mouerint *reliqui*, et qua ratione res finita fuerit, in Archiuo Dynaſtarum Auſtriae Ordinis deſcribitur, ex eo ſequentia duximus inſerenda.

Handlung, das den Herren Jörgern, Freyherren, conferirte Obriſte Erb-Land-Hofmeiſter Amt in Oeſterreich ob der Ennß betreffend. N. LXXXVII.

N. I.

Ein Abſchrifft vom 13. Decembr. Anno 1570. Jnnhalt deren durch löbliche N. Oe. Regierung Kayſer Maximilian der Ander, dem damahligen Lands-Hauptmannſchafft-Verweſer ob der Ennß intimiren laſſen, was maſſen Kayſer Maximilian Herrn Chriſtoph Jörger, Freyherrn, und ſeinen vier Söhnen das Obriſte Erb-Land-Hofmeiſter-Ambt im Land ob der Ennß, proprio motu zu conferiren ſich reſoluirt, und auch würcklich conferirt habe, dergeſtalt, daß der Aelteſte Herr Jörger jedesmahl den Titul Obriſter Erb-Landt-Hofmeiſter, die Jüngern aber Erb-Landt-Hofmeiſter, haben, und ſelber Jhnen von denen Cantzeleyen auß alſo gegeben werden, Sie auch dieſes Ambts Recht und Gerechtigkeit nach, wie unter der Ennß geſchicht, die Praeeminenz und den Vorgang haben ſollen.

N. II.

Ein Abſchrifft vom 7ten Febr. 1571. derjenigen Schrifft, welche die Aeltern Geſchlechtern deß löbl. Herren-Stands ob der Ennß, wegen deß denen Herren Jörgern, Freyherren, conferirten Obriſten Erb-Land-Hofmeiſter-Ambts ob der Ennß, bey der damahligen Kayſerl. Majeſtät dieſes Jnnhalts eingereicht haben, weilen die derentwegen ergangene Intimation vermöchte, daß

Sie Herren **Jörger**, Freyherren, dieſes Ambts-Recht und Gerechtigkeit nach, wie in Unter-Oeſterreich beſchicht, die Praeeminenz und den Vorgang haben, derſelbe auch Ihnen geben werden ſollte; Und aber Ihnen Aeltern Herren Geſchlechtern, wie es in Unter-Oeſterreich diß Orths beſchehe? nicht bewuſt, dieſer Titul auch im Land ob der Ennß vorhero unbekannt, und nicht gebräuchig wäre, ſolchemnach Sie nicht wüſten, was dieſe Praeeminenz und Vorgang eigentlich ob ſich hätte, und da es dahin gemeint wäre, daß Sie denen Herren **Jörgern**, Freyherren, in allen offentlichen und Priuat-Zuſammenkunfften den Vorgang und die Praeeminenz vor allen andern Geſchlechtern geben ſollten, ſolches Ihnen Aeltern Geſchlechtern höchſt verkleinerlich, ſolchemnach unthunlich wäre, da es aber alſo zu verſtehen ſeyn würde, wann ſich die Herren **Jörger**, Freyherren, dieſes Ambts bey Antretung eines Lands-Fürſten, oder ſonſten deſſen erforderenten Officio nach würcklich bedienen thäten, daß Sie ſodann dieſe Praeeminenz und Vorgang haben ſollten, dieſem wollten Sie ältern Herren-Geſchlechter nicht entgegen ſeyn, beten derowegen Ihro Kayſerl. Majeſt. umb allergnädigſte Erklär- und Erläuterung Ihrer obbeſagten Intimation. ꝛc. ꝛc.

N. III.

Ein Abſchrifft vom 7. Martii 1571. Innhalt deren die damahlige Kayſerl. Majeſt. auf beſchehenes Bitten der ältern Geſchlechter deß löblichen Herren-Stands ob der Ennß, der denen Herren **Jörgern**, Freyherren, Ihres **Obriſten Erb-Land-Hofmeiſter Ambts** im Land ob der Ennß attribuirten Praeeminenz und Vorgangs halber ſich dahin erklären, daß dieſe Praeeminenz und Vorgang zu keiner andern Zeit unter dem Löbl. Herren-Stand gelten oder würcken ſolle, als allein beſagtes **Erb-Land-Hofmeiſter-Ambt**, neben andern Land-Aemptern bey dem Lands-Fürſten bedienet würde, auſſer deſſen aber ſollte es mit Herrn **Jörgern**, Freyherrn, wie mit andern deß löbl. Herren-Stands, ſo Aempter tragen oder nicht, gehalten werden, umb willen Ihre Kayſerl. Majeſt. denen Aeltern Herren-Geſchlechtern durch neue Freyheiten an

Ih-

Ihren Würden und Ehren, was zu derogiren, keinesweges sondern vielmehr Sie dabey handzuhaben gedacht wären.

Haesit in loergerorum prosapia Aulae Magistri sparta ad Annum vsque 1626. quo temporis tractu, Comites de MEGGAV eadem a Ferdinando II. inuestiti sunt. Illis autem in Libitinae censum *relatis* successerunt Anno 1659. Comites de WEISSENWOLFF, qui munere tam insigni nostra tempestate, coruscant. *h)*

STYRIAE Aulae Praefecti *olim* HOFFMANNII fuere. Eorum Genealogiam BVCELINVS et SPENERVS, typis vulgarunt. *i)* IOHANNES HOFFMANN, Baro de Strechau, istud munus die 16. Iulii Anno 1540. nactus est. Audiamus in hunc finem, quae de illo negotio in Ducali Archiuo Feudorum Graezensi (Lands-Fürstliche Lehens-Archiu zu Grätz) ex quo maiorem *partem* eorum, quae de Styriae, Carinthiae, Carniolae et Goritiae officialibus in medium adducturi sumus, fauore Excellentissimi Locumtenentis Caesarei ibidem Comitis GEORGII FERDINANDI de FALBENHAVBT accepimus, literis consignata reperiuntur. ibi: Das Obrist-Land-Hofmeister-Ambt in Steyer mit Jährlichen hundert Fuder Saltz, cum onere recognoscendi toties quoties, etc. etc. verliehen worden dem Herrn Hannß Hoffmann, Freyherrn, den 16ten Julii Anno 1540. Eodem *munere* ADAMVS Baro HOFFMANNVS Anno 1568. *die* 10. Decembr. *inuestituram* accepit, et sic deinceps *alii etiam huius gentis alumni*; Sed *Hoffmanni* sub initium superioris seculi gratia FERDINANDI II. in illis turbis Bohemicis exciderunt, qui propterea Styriae Ducatus Aulae Praefecturam Anno 1627. IVLIO Comiti de MÓRSPERG fratribusque eius, eorum descendentibus, feudali lege contulit. *k)* Iulium in administratione secutus est, An. 1649. FRIDERICVS MÔRSPERGIVS. *l)* FERDINANDO III. autem rebus humanis

h) Vid. Oesterreichische Lehens-*Registratur*. i) BVCELIN. *Germ.* P. III. k) Steyrisches Lehens-*Archiv*. l) *ibi*.

manis exemto, Diuus LEOPOLDVS IMPERATOR Anno 1660. eidem FRIDERIO officii illius gratiam fecit. m)

In CARINTHIAE Ducatu, Aulae Praefecturae dignitas, noſtro aeuo Comitibus ROSENBERGIIS hereditario iure collata eſt. Ex quibus WOLFGANGVS ANDREAS Conſiliarius Caeſareus Intimus et Camerae Aulicae Praeſes ab Imperatore Leopoldo, immortalis memoriae Principe, primam inueſtituram accepit. n)

CARNIOLAE et ILLYRICI (Windiſche March) Aulae Praefectura qua Comites TVRRIANI funguntur, FERDINANDO I. in acceptis fertur, qui tam bene de ſe et Auſtriaca Domo merito VITO TVRRIANO eam tribuit. Hunc excepit Anno 1599. MARTINVS Comes de THVRN. o) ACHATIVM autem TVRRIANVM cum fratribus ſuis ab Archiduce CAROLO An. 1577. de hoc munere inueſtitos et Ordines Carniolae decreto Anno 1577. emanato, certiores redditos fuiſſe, VALVASOR in *Chronico Carniolae* p) autor eſt.

TIROLENSIS Comitatus iam Anno 1290. Dominos de ROTTENBERG hereditarios Aulae Praefectos habuit. q) Illis extinctis, SIGISMVNDVS Archi-Dux, Dominos de WEISPRIACH ad dignitatem hanc vocauit. VDALRICVS de WEISPRIACH primum ei praefuit. Quem ſecutus eſt filius ANDREAS, qui relictis Auſtriacorum partibus ad hoſtes eorum defectionem fecit. Ex quo tempore, gratia principis ſimul ac officio hoc excidit. Eius loco SIGISMVNDVS IACOBO TRAPPIO vetuſtae nobilitatis viro Supremo Aulae Magiſtro ſuo et Conſiliario Intimo, eiusque ſucceſſoribus haec munia commiſit. r)

GORITIENSIS Comitatus Supremus Aulico-prouincialis Magiſter eſt FRANCISCVS ANTONIVS Princeps de PORTIA

m) *ibi.* n) *ibi.* o) *ibi.* p) *Lib. IX. Cap. 2.* Comes BRANDIS. *loc. cit. pag. 120.* q) id. *ibid.* r) Dn. IMHOF. *Notit. Proceer. Imp.* Lib. V. cap. 15.

TIA et BRUGNARA. s) Eum honorem IOHANNEM FERDINANDVM Principem, LEOPOLDI Caeſaris quondam Supremum Aulae Praefectum in familiam ſuam intuliſſe arbitror.

CAPVT III.

De Hereditariis Camerariis.

AVSTRIAE INFERIORIS Camerarium, quem inueni vetuſtiſſimum HENRICVS a WAZZERBERG fuit, qui circa Annum Chriſti 1230. hoc munus geſſit. Poſt ea tempora CVNRADVS ab HYNDPERG teſtante ſequenti Diplomate ab Auſtriae Duce FRIDERICO Anno 1242. inueſtituram eius nactus eſt:

FRIDERICVS *Dei Gratia Dux Auſtriae, Styriae, Dominus Carniolae, omnibus ad quos praeſens ſcriptum peruenerit Salutem. Hominibus qui Nos diligunt, quorum fidei conſtantiam ſaepe ſumus experti benefacere cupientes, ſignificamus per praeſens ſcriptum tam praeſentibus, quam futuris, quod Nos dilecto fideli Noſtro* CVNRADO *de Himberg conceſſimus in Feodum* Officium Camerae, *quod olim a Nobis* HEINRICVS de WAZZERBERG *poſſidebat. Item ad idem Officium conceſſum eſt in Feodum ſingulis annis, decem talentorum de moneta Noſtra in Wienna, aduocatura Curiae villae in Dorenbach, ſicut eam Henricus de Wazzerberg, piae memoriae, poſſidebat. Et vt haec Noſtra conceſſio ipſi ac Filiis ſuis firma ſemper debeat permanere, praeſentem paginam dedimus, Sigilli Noſtri munimine roborauimus. Teſtibus qui aderant ſubnotatis, quorum nomina haec ſunt. Comes Luiota de* Plaien, *Wernar Nobilis de* Potenſtein, *Wichardus de* Arenſtein, *Henricus de* Hackenberg, *Fridericus de* Raue, *Vlricus de* Hohenberg, *Vlricus de* Chirlingen, *Wilhelmus de* Perſenberge, *Wolffker de* Parowe, *Pruno de* Fuſenberg Camerarius, *et*

s) *ibid.*

et alii multo plures. Data in Clobuz *in Hungaria iuxta aquam quae vocatur* Vaga, *Cal. Iulii Anno Inc. Dominice 1242.* a)

Nimirum, Fridericus Wurmbrandius, Laurentii iſtius gnatus, maternae gentis titulum Styriae Archimagiri aſſumpſit. i) Filium Antonium autem, turbato mortalitatis Ordine extulit, ſolo Nepote ex eo Melchiore Wurmbrandio ſuperſtite manente. Hic inteſtinis in Auſtria turbis, crebrisque Styriae quorundam Procerum Friderico IV. Imperatori aduerſantium (quorum coryphaei Walcherus de Zebingen et Vlricus de Peſſnitz fuere) Anno 1473. ex Styria in Auſtriam irruptionibus, iacturam bonorum grauiſſimam fecit, et ob facultates diminutas, et fortunae priſtinae haud pares, annos per plures nomen Styriae Archimarigi omiſit. k) Benigniori tamen Melchioris Filius Matthias Wurmbrandius per omnia fato vſus eſt. Nam a Carolo Archiduce, cuius Supremum Stabuli et Culinae Magiſtrum egerat, in munere Hereditarii Styriae Archimagiri Ao. 1578. confirmatus eſt. l) Eum excepit Frater Hieronymus Wurmbrandius, Liber Baro de Stuppach, Anno 1584. Hunc Honorius Matthiae Filius Anno 1598. quo Anno 1620. fatis conceſſo, Fridericus, Honorii Germanus locum An. 1622. occupauit. m) Deinde Matthias iunior, tertio genitus Matthiae Senioris Filius An. 1632. inueſtituram impetrauit. n) Officiumque Haereditarium moriens ad Iohannem Honorium Comitem de Wurmbrand, Fratris Honorii Filium, tranſmiſit, qui de eo Anno 1647. et 1663. inueſtitus eſt. Illudque Anno 1691. cum vita depoſuit, ſuccedente Anno 1692. Agnato Georgio Andrea Comite de Wurmbrand, Georgii Andreae Senioris Filio, Rudolphi Nepote, Matthiae Senioris Pro-Nepote, qui ad Annum 1701. vltimum vitae ſuae, huic muneri praefuit. o) Frater eius Wolffgangus Fridericus Comes de Wurmbrand Senior tunc Familiae, Germano rebus humanis exemto, inueſtituram requi-

i) *Docum. Famil. Wurmbrand.* k) *ibi.* l) *Archiu. Feudal. Graezenſ.* m) *ibi.* n) *ibi.* o) *ibi.*

quiſiuit, ſed antequam eam acciperet, a tumultuantibus ſuperiori Anno 1704. in Styria ruſticis multis vulneribus plusquam barbara ſaeuitia confoſſus, miſere ſed innocentiſſime periit.

Carinthiae Archimagiri ſunt Barones de Rothaubt, Wolffgangus Theodoricus huius gentis alumnus Anno 1649. et 1668. de eo *munere* a Regimine Interiorum Auſtriae Prouinciarum Graezii inueſtituram accepit. p)

Carniola et Goritienſis terra hoc officio Hereditario deſtituuntur.

De Tyrolenſi Archimagiro monet Comes BRANDISIVS, q) Dynaſtas de Welsperg et Primor eam ſpartam tueri, quam Chriſtophorus Welspergius Anno 1568. a Ferdinando Archi-Duce primum nactus eſt.

CAPVT XI.

De Hereditario Auſtriae Inferioris Ianitore.

Von Erb-Thürhütter in Oeſterreich.

Ianitorum Hereditariorum munus, Erb-Thürhütter-Ampt, celebre et antiquum eſt. Domini de Werthern Ianitores Imperii, deß heiligen Römiſchen Reichs Erb-Cammer-Thürhütter audiunt, eamque *dignitatem iam a Maximiliano I. Caeſare, teſtimonio monumentorum publicorum Cancellariae Imperialis Aulae, feudi nomine recognouerunt.* Functi etiam nouiſſime in Coronatione Auguſtiſſimi Imperatoris Ioſephi hoc Officio ſunt. Neque apud Auſtrios Hereditarius hic honos nouus eſt. Etenim Iohannes de Wehing ſiue Wehingen Vetuſti et Nobiliſſimi Generis Vir circa Annum 1500. Hereditarius Auſtriae Ianitor dicitur, Erb-Thürhütter in Oeſterreich.

p) *ibi.* q) *Pag. 122.*

reich. a) Christophorus de Wehing Iohannis Filius mortuo Patre, Anno 1528. deinde Wolffgangus Christophori Frater Anno 1542. inuestituram de eo munere nactus est. b) Postquam autem Wehingii esse desierunt, Domini de Schönkirchen spartam hanc, quam adhuc possident, a Maximiliano II. Anno 1566. Hereditariam tenore sequentis Diplomatis acceperunt:

Wir Maximilian der Andere, ꝛc. Bekennen, als weyland Unser geliebter Herr und Vatter, Kayser Ferdinand Hochlöblich-und seeliger Gedächtnuß, hievor in Gnädigster Erwegung und Betrachtung deß alten Adelichen Herkommens deß Namens und Stammens der Schnaitpecken und ietzigen Herren zu Schönkirchen, auch die ansehentlichen, nutzlich-und beständigen, und getreuen Dienste, so ietzt angeregtes Geschlecht, und die darvon herkommen, weyland Unsern Eltvordern Röm. Kayserm, Königen, und Hochgemelten Unsern Herrn und Vatter, Kayser Ferdinanden, und Unsern Hochlöbl. Hauß Oesterreich, in Kriegs- und Friedens-Zeiten, auch Verwaltungen allerley hoher und ansehentlicher Aempter an derselben Unserer Eltvordern, und Hocherneuntes Unsers Geliebten Herrns und Vatters Höfen, und sonst in andern vielfältigen Wegen, ungespahrt Ihrer Leib, Leben und Vermögen, und insonderheit der Edle Unser lieber Getreuer, Joachim Herr zu Schönkirchen, Obrister Erb-Thürhütter in Oesterreich unter der Enuß, Unser Rath, Statthalter Unserer Nieder-Oesterreichischen Lande, und Obrister Proviant-Meister in Hungarn, in viel Weg nutzlich zu Unsers geliebten Herrn undt Vatters Wohlbegnügen; Dergleichen auch sein Bruder, Ludwig Herr zu Schönkirchen, Sr. Majestät, auch Uns und Unsern geliebten Brudern den Ertz-Hertzogen zu Oesterreich, von Anfang Seiner Kayserl. Majest. Regierung, nach Seiner Majest. Willen, und wohl-

a) *Archiu. Feudale Austriacum.* b) *ibi.*

wohlbenügigen Gefallen erzeigt und bewiesen haben, obbenannten Unsern Statthalter, Joachim Herrn zu Schönkirchen, für sich selbst im Namen und an statt gedachtes seines Bruders, Ludwig Herrn zu Schönkirchen, und allen Ihren Männlichen Leibs-Erben, das obangezeigte **Erb-Thürhütter-Ampt** in Unsern Ertz-Hertzogthum Oesterreich unter der Ennß, welches weyland der von Wächingen von Unsern geliebten Herrn und Vatter zu Lehen gehabt und getragen, und durch Absterbung desselbigen, als den letzten deß Namens und Stammens, Seiner Majestät als Regierenden Herrn und Lands-Fürsten apert ledig worden und heimgefallen, auß sondern Gnaden von neuem gnädiglich verliehen und gereicht, alles Innhalt Seiner Kayserl. Majest. Gnaden- und Lehen-Brieff, deß Datum stehet in Unserer Stadt Wienn den 20ten Tag deß Monats *Iulii*, nach Christi Geburt Funffzehenhundert und im Sechtzigsten Jahrs; Seine Majest. Ihme deßhalben gefertiget und zustellen lassen. Daß uns demnach gedachter Unser Rath und Statthalter, Joachim Herr zu Schönkirchen, unterthäniglich gebetten hat, daß Wir Ihme für sich selbst im Namen und an statt gemeltes seines Brudern, Ludwigen Herrn zu Schönkirchen, das bestimbte **Erb-Thürhütter-Ampt** zu Lehen zu verleihen gnädiglich geruheten. Nun haben Wir angesehen offtgedachtes Unsers Raths und Statthalters, Joachim Herrn zu Schönkirchen, unterthänig- und zimliche Bitt, und Ihme dardurch für sich selbst, auch im Namen und an statt benanntes seines Brudern, Ludwigen Herrn zu Schönkirchen, und aller Ihrer Männlichen Leibs-Erben, das obangezeigte Erb-Thürhütter-Ampt zu Lehen Gnädiglich verliehen, verleihen Ihnen solches Erb-Thürhütter-Ampt als Regierender Kayser, Herr und Lands-Fürst, in diesen Unsern Ertz-Hertzogthum Oesterreich unter der Ennß hiemit wissentl. und in Krafft diß Briefs, also, und in solcher Maß und Bescheidenheit, daß sich gemelter Joachim, Herr zu Schönkirchen, als der Aeltere, und dann nach seinem Abgang auch allwegen der Aelter deß Namen und Stam-

mens zu Schönkirchen, Obriſter Erb-Thürhütter, und dann die Jüngern Herren zu Schönkirchen, obberührt Namen und Stammens, allein Erb-Thürhütter Unſers Ertz-Hertzogthums Oeſterreich unter der Ennß ſchreiben und nennen, ſolches Erb-Thürhütter-Ampt von Uns und Unſern Erben in Lehens-Weiß innhaben, nutzen und nieſſen, und allzeit, da es zu fällen kommen würde, durch den Aeltiſten Ihres Nahmens und Geſchlechts von Uns, oder Unſern Erben zu Lehen empfangen, halten, tragen, gebrauchen und verdienen ſollen und mögen, als deſſelben Erb-Thürhütter-Ampts Lehens- und Lands-Recht, auch von alten herkommen, und gebräuchig iſt, ohne männiglichs Irrung und Verhindernuß, ohngefärde. Mit Uhrkundt diß Brieffs, beſigelt mit Unſerm Kayſerl. anhangendem Inſigel, geben in Unſer Stadt Wienn am 7. Tag *Ianuarii* Anno im Sechs und Sechtzigſten. c)

CAPVT XII.

De Hereditariis Bacilliferis.

Von Erb-Stäbelmeiſtern.

Hereditariorum Bacilliferorum munus extra Auſtriacas Prouincias in aliis Germaniae Principatibus vix reperiendum eſt. Neque Auſtria vtraque hos Officiales habet.

Styriae autem Bacilliferi olim Barones de Vrſchenbeck fuerunt. Eam dignitatem primus accepit Chriſtophorus Vrſchenbeck gratia Caroli Archi-Ducis Anno 1579. a) Deinde Ordine inueſtiti fuerunt, Georgius Bernhardus, Baro de Vrſchenbeck, Mareſchallus Prouincialis Auſtriae Anno 1583. b) et vltimo Chriſtophorus Dauid, Comes ab Vrſchenbeck, qui perantiquam gentem ſuam clauſit, relicto ex Sorore, quae

c) *ibi.* a) *Archiu. Feudal. Graecenſ.* b) *ibi.*

quae Comiti Maſſime Italo nupſit, Nepote, quem in Familiam ſuam adoptauit, heredemque bonorum omnium pariter ac Nominis et Inſignium, accedente Imperiali conceſſione, eſſe voluit.

Carinthia in hac dignitate Officiales recognouit ab initio Equeſtris Ordinis Viros Mageros (Magerer) de Fuchsſtatt, Wolffgangus Magerer inueſtituram nactus eſt Anno 1586. c) Hac gente emortua, Domini de Keutſchach illis ſucceſſerunt. d) Denique Iohannem Andream, Baronem de Roſenberg *Anno* 1652. Ferdinandus III. Carinthiae Bacilliferum creauit. e) Hodie Comites de Welz lineae Eberſteiniae, qui in Carnis domicilium habent, munus iſtud tenere, didici.

Carniola et Vinidorum Marchia, Comites de Eck et Hungersbach Hereditarios Bacilliferos habet. Non tamen conſtat, quo tempore primum eo honore affecti fuerint. Tyrolis Bacilliferi Barones de Welſperg et Primor ſunt. Ferdinandus Archidux Chriſtophorum Welſpergium Anno 1560. prima vice inaugurauit. f)

In Goritia huius muneris Officiales non reperiuntur.

CAPVT XIII.

De Hereditariis Scindendi Magiſtris.
Von Erb-Vorſchneidern.

Conuenire Imperatoriae menſae aliquem ſciſſorem ſiue ſcindendi Magiſtrum, qui, vt SENECA alicubi loquitur, *pretioſas aues ſcindat, pectus et clunes, certis ductibus circumferens eruditam manum, in fruſta excudat*, iam olim aequum iudicauit Carolus IV. Imperator, hinc Wenceslaum,

 Luxem-

c) *ibi.* d) *ibi.* e) *ibi.* f) BRANDIS im Tyroliſchen Adler *pag.* 121.

Luxemburgi Comitem, cum Anno 1354. Ducem crearet, illud Officium in Imperiali Curia eidem exercendum commisit, scilicet *vt in recubitu mensae* Imperatoris (sunt verba Diplomatis, quod est apud MIRAEVM) *cibos Regios, qui in solennibus Curiis administrantur, coram Imperatore, incideret, etc. Vt sic tanquam Princeps et Fidelis Imperii, guerarum et pacis in tempore, Imperatoris curam et custodiam haberet.* Cum igitur nostris moribus Principes eminentes mensae accumbentes, Nobilium Scissorum ministeria vsurpare soleant, inde hoc munus Hereditarium aliquando redditum est.

Austria quidem Vtraque Scindendi Magistris Hereditariis non gaudet, e contra,

In Styria Officium istud Maximiliano de Schrattenbach in feudum masculinum Anno 1596. datum est. Philippus Baro de Schrattenbach Anno 1661. Iohannes Balthasar Anno 1682. et Sigismundus Comes de Schrattenbach Anno 1696. de eodem inuestiti fuerunt. a)

In Carinthia vacat.

Carniolae et Illyrici Scissores Hereditarii creati sunt Barones Saueri de Kosiack. Franciscum Sauer Anno 1623. Ferdinandus II. huius honoris participem esse voluit, b) secuti eum sunt reliqui hoc Ordine: Andreas Anno 1654. et 1660 denuo. Vltimum autem Antonius Baro Sauer Anno 1699. inuestitus est. c).

In Tyrolensi Comitatu hoc munus penes Wolckensteinios Comites est, acquisitum a Casparo et Christophoro Baronibus Anno 1560. d)

Goritia istos Officiales non habet.

CAP. XIV.

a) *Archiu. Feudal. Graezens.* b) *ibi.* c) *ibi.* d) BRANDIS im Tyrolischen Adler *pag. 121.*

CAPVT XIV.

De Hereditariis Falconum Magiſtris.

Hucusque praeter Styriam et Carniolam, non alia Regio Auſtriaca Falconum Magiſtros Hereditarios nacta eſt, ideoque fruſtra hos Prouinciae Officiales in Auſtria Inferiore vel Superiore, Carinthia, Tyroli, Goritiaque quaeſiueris. Eibiswaldii autem Barones omnes An. 1632. ſuperſtites, nimirum Gottofredus, Iohannes Sigiſmundus, et Fridericus Germani, eorumque Agnati, Chriſtophorus Ferdinandus et Georgius Amelricus ſimul eo munere inaugurati ſunt. a) Hos excepit Chriſtophorus a. 1648. Chriſtophorus Fridericus Anno 1650. et vltimus Familiae Wolffgangus Maximilianus Baro de Eibiswald Anno 1668. b) Poſtquam hi eſſe deſierunt, Barones Steinbiſſios ad idem munus vocatos cernimus. Iohannes Baro de Steinbeiſs Anno 1675. et Otto Sigismundus Anno 1691. iſtam prouinciam conſecuti ſunt. c)

Carniolae et Illyrici Falconum Magiſtros Barones de Panizolli renunciauit Ferdinandus II. Anno 1631. primusque ex illis Officialis fuit Octauius Panizolli. d)

CAPVT XV.

De Hereditario Auſtriae Inferioris Sacellano.

Inter omnes Auſtriae Praelatos ſolus Praepoſitus ad S. Hypolitum dignitate Hereditaria Aulae Capellani eminet, cuius ratione muneris Epiſcopo Nouae Ciuitatis, Euangelium et Pacem ex antiqua conſuetudine, Sereniſſimo Archiduci, feſta die illa, homagio deſtinata, ad deoſculandum

a) *Archiuum Feudal. Graezenſ.* b) *ibi.* c) *ibi.* d) VALVASOR *Chronic. Carniol. Lib. IX. pag. 12.*

porrigenti, adſiſtere, et in conuiuio ſolenni conſuetas preces coram Principe proferre ſolet a) Antiqua eſt haec penes Praeſulem S. Hypolici praerogatiua, quo tempore autem coeperit, nobis minus notum eſt.

CAPVT XVI.

De Supremo Hereditarioque in Prouinciis Auſtriacis Curſorum Publicorum Magiſtro.

Hucusque recenſendis illis Officialibus, qui in Publico homagii Actu apud Auſtrios adhiberi ſolent, operam dedimus, iam ad reliquos etiam Hereditarios Officiales, qui praeterlapſis temporibus, in iſta ſolenni Panegyri munia ſua non exercuerunt, appellendus eſt animus. Inter illos autem agmen ducit Supremus Veredariorum ſeu Poſtarum Praefectus, quod munus Illuſtriſſ. Comitibus de Paar iure Feudali proprium ac perpetuum eſt. Non enim illi Imperialis Aulae Supremi Poſtarum Magiſtri (Obriſte Reichs-Hof-Poſtmeiſter) tantum, Diuorum Imperatorum beneficio creati ſunt, ſed etiam iisdem Sacratiſſ. Caeſaribus Auſtriacae Stirpis, in Regnis et Prouinciis Hereditariis, ſplendidum iſtud et perutile Generalis Poſtarum Praefecti munus in acceptis ferunt. Origo autem Paariae Gentis, apud Mediolanenſes et Bergomates, ab antiquo Illuſtris fuit. Ex Proceres huius Stirpis, antiquis temporibus Beliboni ſiue Belidori de Caſnio dicti, iam a Friderico Barbaroſſa, teſtimonio Caroli V. inferius exhibendo Diplomate, Liberorum Baronum Imperii adſcripti fuerunt Ordini, arce et oppido Paar in feudum Sacri Imperii, ipſis ſimul datis, vnde Proſapia cognomentum de Paar, omiſſa veteri nomenclatura, aſſumpſit. Ioanini, Marci et Mar-

a) *Videatur* die Beſchreibung deß Huldigungs-*Actus Anno 1637.*

Martini Fratrum L. B. de Paar Auus a BVCELINO a) Scurrim, in Tabula Genealogica autem penes Auſtriae Statuum Archiuum aſſeruata, Zeninus vocatus, circa Annum 1450. clarus, de Friderico IV. et Maximiliano I. Imperatoribus in Mediolanenſibus diſſidiis optime meritus, horum priuilegiorum renouationem accepit. Hic Zeninus Baro de Paar ex Anna de Borella Iohannis Filia, Mundinum genuit, qui partibus Maximiliani I. Caeſaris contra Gallos Venetosque Anno 1512. incorrupta fide et conſtanter adhaeſit, ideoque multa dira perpeſſus eſt; exſtant ea de re in Tabulariis Familiae domeſticis nonnulla documenta, quibus in foro Bergomenſi vſus eſt, et cauſam ſuam egregie dixit. Ex Franciſca Borromei de Caſtellis de Gandino gnata, procreauit Filios Martinum, Ioaninum et Marcum, qui relicto natali ſolo, in Auſtriam conceſſerunt, a Rege Hungariae Ludouico et Ferdinando I. affine eius, meritorum ergo, huic cumprimis in acquiſitione Regni Hungariae praeſtitorum, multis beneficiis aucti. b)

Solenne autem Nobis huc vſque fuit, vt, quae de dignitate et antiquitate Familiarum in hoc opere contentarum, in medium protulimus, documentis fidem facientibus comprobaremus. Quo pacto de Vetuſta Comitum de Paar proſapia, quae iam recenſuimus, Caroli V. Imperatoris Diplomate de Anno 1531. in quo illa omnia congeſta, et antiqui honores renouati ſunt, confirmabimus. Eſt autem huius tenoris:

CAROLVS *Diuina fauente Clementia Romanorum Imperator, Auguſtus, etc. Nobilibus Noſtris, et Imperii Sacri dilectis fidelibus*, Ioanino, Marco, et Martino *Fratribus* ac Liberis Baronibus de Paar, *gratiam Noſtram Caeſaream, et omne bonum. Dignum Caeſarea Noſtra munificentia arbitramur, quos-*

cunque

a) BVCEL *Part. III. Germ.* b) *Vid. Priuilegia Caroli V. de Anno 1531. et Ferdinandi I. de Anno 1559.*

cunque de Nobis, et Maioribus Noſtris, Romano Imperio, et Inclyta Domo Noſtra Auſtriae bene meritos, et vitae morumque probitate conſpicuos, meritis, praemiis et ornamentis condecorare. Vt caeteri Liberalitate et Clementia Noſtra inuitati ad bene merendum de Nobis reddantur alacriores. Cum itaque Diuus quondam Caeſar Fridericus, *dictus* Barbaroſſa, *Anteceſſores Veſtros, et vtriusque Sexus Deſcendentes illorum, ob praeclara geſta ab antiqua Nobili Proſapia de Beliboni de* Caſnio, *vt tum dicti erant, in Liberos Sacri Romani Imperii Barones conſtituit et annumerauit; Caſtellum quoque ſiue Arcem* de Paar *cum opido in feudum Sacri Romani Imperii illis donauit, atque in remunerationem praeclarorum ſeruitiorum illorum conceſſit, ita vt ex illo tempore non amplius* Beliboni de Caſnio, *ſed Liberi Barones* de Paar *cognominarentur, quod quidem Priuilegium etiam Diui quondam Imperatores* Fridericus Tertius *Proauus et* Maximilianus *Auus Noſter Auguſtae Memoriae, dum in Mediolanenſibus differentiis, et in negotiis arduis ad Sacrum Romanum Imperium ſpectantibus, Auus veſter miſſus erat, poſteaque Vos cum a Principibus ad Prouincias Inferioris Noſtrae Auſtriae ex Mediolanenſi et Bergomenſi Veſtra Patria transmigraſtis, Patri Veſtro, Vobisque Fratribus in praeclara gratiae, et munificentiae ſuae monumenta, hunc gradum Liberi Baronatus Vobis confirmarunt, et in Familiarium coetum Vos eligendo, reliquerunt, quem quidem gradum Sereniſſimus quondam Princeps* Ludouicus *Hungariae et Bohemiae Rex Frater, et Sororius Noſter chariſſimus variis honoribus ampliauit, Sereniſſimus vero* Dominus Ferdinandus *Romanorum, atque idem Hungariae et Bohemiae, etc. Rex, Archi-Dux Auſtriae, Frater Noſter chariſſimus, ob Veſtra officia et merita illi in Regni Hungariae coronatione praeſtita, quoque confirmauit, atque ampliauit. Nos ergo, qui conſonum benignitati Noſtrae arbitramur, impartita Vobis a Praedeceſſoribus Imperatore Friderico, dicto Barbaroſſa, tum Proauo, Auo, Sororio, et Fratribus Noſtris, gra-*

gratiae munera, et ornamenta confirmare: motu igitur proprio, animo deliberato, ex certa Noſtra Scientia, ſano ac maturo accedente Conſilio, et auctoritate Noſtra Romano-Caeſarea priorem ſic factum Liberum Baronatum confirmantes, et auctoritate Imperiali augentes, Vos praenominatos Ioaninum, Marcum et Martinum, *ac Heredes et Succeſſores Veſtros in infinitum legitime deſcendentes, et deſcenſuros vtriusque ſexus, antiquos, et veros Liberos Barones declaramus, et quatenus opus eſt de nouo Noſtros, et Sacri Romani Imperii Liberos Barones facimus, creamus et erigimus per praeſentes. Vosque iuxta qualitatem conditionis humanae veros Liberos Barones, et de tali genere, et Proſapia genitos, et procreatos dicimus, et nominamus, ac ab vniuerſis et ſingulis cuiuscunque praeeminentiae, Status, Conditionis et Dignitatis exiſtant, pro talibus veris Liberis Baronibus Vos haberi, dici, et nominari volumus. Decernentes, et volentes quod Vos ſupradicti,* Ioanine, Marce et Martine, *ac Heredes et Deſcendentes ex Vobis, et quolibet Veſtrum ex nunc, et deinceps perpetuis futuris temporibus pro Noſtris Veris Liberis Baronibus nominari, ſcribi, ac per vniuerſum Romanum Imperium, et Prouincias Noſtras Hereditarias vbiuis conſtitutas in Iudicio, et extra, in rebus ſpiritualibus, et temporalibus, Eccleſiaſticis, et prophanis quibuscunque, nec non in omnibus et ſingulis exercitiis, negotiis, praeeminentiis et actibus, tam Spiritualibus quam Saecularibus, illis honoribus et Dignitatibus, Officiis, Iuribus, Libertatibus, Inſignibus, Priuilegiis, et indultis gaudere, vti-frui poſſitis et debeatis, quibus caeteri Noſtri, et Sac. Rom. Imp. Regnorumque et Prouinciarum Noſtrarum Hereditariarum veri L. B. et de tali Proſapia a quatuor Auis ſuis Paternis, et Maternis Liberis Baronibus geniti et procreati, vtuntur et fruuntur, atque admittuntur quomodolibet, conſuetudine, vel de Iure. Mandantes vniuerſis et ſingulis Electoribus, aliisque Principibus, tam Eccleſiaſticis quam Saecularibus, Praelatis, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Militibus, Nobilibus, Capitaneis, Praefectis,*

fectis, Poteſtatibus, Procuratoribus, Officialibus, Magiſtratibus, Iudicibus, Conſulibus, Heraldis, armorum Regibus, Caduceatoribus, Ciuibus, et denique omnibus Noſtris, et Sacri Romani Imperii, Regnorum et Prouinciarum Noſtrarum Hereditariarum, ſubditis et fidelibus dilectis cuiuscunque Status et Conditionis fuerint, Vos, et dictos Heredes, ac Succeſſores Veſtros huiusmodi praeinſerto Liberi Baronatus Statu, ac praerogatiuis et honoribus, quibus alii Liberi Barones Sacri Romani Imperii fruuntur, potiuntur et gaudent, iugiter et in perpetuum vti, frui et gaudere permittant, ac ab aliis permitti curent, in quantum Noſtram, et Sacri Romani Imperii indignationem grauiſſimam, et poenam Centum Marcharum auri puri euitare maluerint, quarum mediam fiſco, ſeu aerario Noſtro Imperiali; reliquam vero partem iniuriam paſſorum vſibus decernimus irremiſſibiliter applicandam. Harum teſtimonio litterarum manu Noſtra ſubſcriptarum, et Sigilli Noſtri Caeſarei appenſione munitarum. Datum in Oppido Noſtro Gandauo, *Die Vigeſima prima menſis Maii, Anno Domini Milleſimo, Quingenteſimo Trigeſimo Primo, Imperii Noſtri Vndecimo; aliorum vero Regnorum Noſtrorum omnium Decimo Sexto.* c) Vetus Conditorium Paarianae Gentis quod attinet, iſtud in Parochiali Eccleſia S. Petro dicata, Dynaſtiae Paar, viſitur, ei ſuperimpoſitum eſt Altare SS. Annae et Barbarae Sacrum, adſcripto nomine Martini Baronis de Paar, et Anno Chriſti 1526. appenſisque inſignibus eiusdem gentilitiis. d) Caeterum Martinus Baro de Paar Supremum Poſtarum Magiſtrum Poſſonienſem egit, ei Frater Petrus Baro de Paar Anno 1557. Epitaphium ſoluto et ligato ſermone Caſchouiae in Hungaria erigi fecit, quod hunc ſenſum habet:

Martino Baron de Paare, de Berconenſi Sac. Caeſ. Maieſt. Magiſtro Poſtarum Poſſonienſi eiusque Conſorte, Lucretiae, Sarſonae

c) *Document. Famil.* d) *Aliud Famil. Document.*

ſonae et Mauritiae Scarpaeae de Gandino, coniugi ſuae chariſſimae Petrus de Paare ſuperſtes Magiſter Poſtarum Poſſonienſis, Frater et Coniunx ſibique viuens maeſtiſſimus, pietatis ergo poſuit, An. recuperatae Salutis, M. D. LXVII. Menſis Iunii XXIII.

Hic me percelebri cretum de gente Baronum
Martinum dictum nomine, claudit humus.
Conſerui Turcis pugnacis robora dextrae,
Noſtraque Caeſareus cura veredus erat.
Ad Chriſtum mecum palmas Lucretia coniunx
Tendit, Sarſonae ſanguine nata domus.
Quae fuerat thalami conſors, nunc accuba vita
Eſt mihi defuncto, nos habet vna quies.
Militia Officio Fratri Paar Stemmate claro,
Extiteram praeſtans munia digna probis.
Integritas vitae, pariter mea Martia Virtus,
Nota fuit vulgo, Principibusque Viris.
In Dominumque fides ſolers, et rebus in Eius
Dexteritas ſemper conſpicienda fuit.
Mauritiam Vxorem Scarpaea Stirpe profectam
Mors, iunxit tumulo huic, imperioſa, meo. e)

In matrimonio Martinus Paarius habuit Camillam Petri de Spino antiquo et Nobili loco apud Bergomenſes nati, Filiam, quae ipſi peperit Petrum, Ioſephum, Mundinum et Iohannem Baptiſtam Barones de Paar. His Fratribus Ferdinandus I. omnia priuilegia et dignitates a Diuis Anteceſſoribus ſuis, Maximiliano I. Carolo V. et Ludouico Hungariae Rege acceptas ſolenni Diplomate Anno 1559. confirmauit, et inſignia auxit. Petro de Paar iſtud praecipue elogium adiiciens: quod in praeteritorum annorum bellis Diuo Fratri, Carolo V. in Officio Poſtarum egregiam admodum operam nauauerit, nec vllum vitae ac ſalutis diſcrimen effugerit, adeo

e) *Monumentum Sepulchral. Caſtouiae exſtans.*

adeo vt merito ea tempeſtate in Belgio Supremi Poſtarum Magiſtri munere fungeretur. f) Ioannes Baptiſta Baro de Paar, beneficio Caroli Archiducis Supremus Aulae et Interiorum Auſtriacarum Prouinciarum Hereditarius Poſtarum Magiſter iam Anno 1569. vtrumque munus poſſedit, teſtantibus eius pactis dotalibus anno illo erectis, quorum principium ſic ſonat: Ich Johann Baptiſta Baron von Paar, Fürſtl. Durchl. Ertz-Hertzogen Carls zu Oeſterreich Obriſter Hof- und J. De. Erb-Land-Poſtmeiſter, weyland Herrn Martin Baron von Paar, und Frauen Camilla, gebohrner von Dorn, ſeiner Ehegemahl eheleiblicher Sohn ꝛc. ꝛc. g) Connubio autem ſibi copulauit, Afram Sidoniam, Chriſtophori L. B. de Haimb, de cuius celebri in Auſtria quondam gente, conſulendus imprimis eſt SPENERVS, h) et Apolloniae Perneriae de Rauchenſcachen gnatam, conſtanteque matrimonio Dynaſtiam Hartberg Styriae, a Carolo Archiduce Anno 1573. ab initio cum pacto de retro vendendo, deinde perennali iure ſibi comparauit, eamque ad Poſteros transmiſit. i) Mortalitatem expleuit anno 1592. relicta quaterna maſculini ſexus prole. Nomina in promtu ſunt: Iohannes Fridericus, Catharinae Benignae de Haunsperg maritus, Veſpaſianus Caeſareus Colonellus, Iohannes Chriſtophorus de quo poſtea, et Rudolphus Balthaſar Familiae ſuae ſidus. Hic S. Iohannis Hieroſolymitani Ordinis Eques et Magnus Prior Bohemiae in Strackoniz, Commendator in Mödlingen et Fürſtenfeld, Ferdinando II. Imperatori a Conſiliis Sanctioribus, Cubicularius, et Croatiarum maritimorumque limitum Generalis fuit. Exſtant in literaria Familiae ſuppellectile teſtimonia nonnulla de ingenua ipſius nobilitate, cum Ordines Melitenſium Equitum ambiret, fidem facientia, coram Epiſcopo

f) *Docum. Famil.* g) *Similiter.* h) NB. SPENER. *Famil. Haimb.* i) *Doc. Fam.*

Episcopo Bergomensi, et Thoma Contareno Reipublicae Venetae nomine Praetore eo loci, ab Equestris Ordinis aliquot Viris Patriae Bergomensis solenni iureiurando tactisque SS. Euangeliis in iudicio confirmata, et Iohanni Labacensi Episcopo Maximiliani Archiducis Locumtenenti, An. 1594. Capita praecipua, de quibus testimonia perhibuerunt, sequentibus articulis comprehensa sunt.

I. *Quod illis notum et perspectum sit, nec aliter vnquam audiuerint vel intellexerint, quam quod praedictus D. Ioannes Baptista de Baronis de Paar, Pater praedicti D. Rudolphi natus est, ex quondam Nobili et Illustri Domino Martino de Baronis* de Paare, *et ex Nobili et Illustri Domina* Camilla, *Filia quondam Nobilis Domini Ioanini de Spino eius legitima Vxore.*

II. *Item quod dictus Dominus Martinus praenominati Rudolphi Auus paternus fuit Filius legitimus et naturalis, et pro tali publice ab omnibus habitus et reputatus, quondam Nobilis et Illustris Domini Mondini de Baronis de* Paare *et Franciscae, Filiae quondam Nobilis Domini Borromei de* Castellis *de* Gandino *eius legitimae Vxoris.*

III. *Item quod praedictus Dominus Mondinus saepe nominati Domini Rudolphi proauus paternus, fuit filius legitimus et naturalis, et pro tali habitus et reputatus quondam Nobilis et Illustris Domini Zenini de Baronis de* Paare, *praedicti Domini Rudolphi Abaui paterni, et quondam Nobilis Dominae Annae, Filiae quondam Nobilis Domini Ioannis Borellae eius legitimae Vxoris.*

IV. *Item quod ante nominatae Familiae, videlicet illorum de Baronis de* Paare, *de Spino, de Castellis de Gandino, et de Borellis, sunt antiquae et Nobiles Familiae, ab eorum quatuor Auis, absque omni spuriorum, et illegitimae prolis macula, gentilitia insignia, siue arma, clypeum et galeam gestantes, et pro talibus ab omnibus semper habitae et reputatae, idque etiam in Ciui-*

tate

tate et Dioeceſi Bergomenſi palam omnibus notum, publicum et notorium eſſe.

V. *Quod illis notum et perſpectum ſit, nec aliter vnquam audiuerint, aut intellexerint, quam quod praedictus Dominus Rudolphus de Baronis de* Paare, *eſt Filius legitimus et naturalis, et pro tali ab omnibus habitus et reputatus, Nobilis et Illuſtris Domini Ioannis Baptiſtae de Baronis de* Paare, *et Nobilis et Illuſtris Dominae Afrae de* Haimb *eius Vxoris; Mater vero praedicti Domini Ioannis Baptiſtae de Baronis de* Paare *fuit Nobilis Domina Camilla de* Spino, *cuius Dominae Camillae mater fuit Nobilis Domina Anna* Garella, Illius *vero Dominae Garellae mater fuit Nobilis Domina Heliſabet de* Viſcardis.

Item quod ante nominatae quatuor Familiae, videlicet illorum de Baronis de Paare, *de* Spino, *de* Garellis *et de* Viſcardis, *ſint antiquae et Nobiles Familiae a quatuor Auis, absque omni ſpuriorum et illegitimae prolis macula, gentilitia inſignia, ſiue arma clypeum et galeam geſtantes, et pro talibus ab omnibus habitae et reputatae, idque etiam in Ciuitate et Dioeceſi Bergomenſi, palam omnibus manifeſtum, publicum et notorium eſſe.* k)

Iohannes Chriſtophorus Comes de Paar, Ferdinandi II. Conſiliarius, Camerarius et Supremus Imperialis Aulae, Regnorumque et Prouinciarum Hereditariarum Poſtarum Praefectus, Stirpis propagator exſtitit. Hic Anno 1622. munus Summi Imperialis Aulae Poſtarum Magiſtri, Obriſte Reichs-Hof-Poſt-Amt, a Iohanne Iacobo Magno, cui eo temporis tractu competierat, accedente Diui Ferdinandi II. conſenſu aere ſuo acquiſiuit. l)

Interiecto deinde vnius anni ſpatio, Imperator Ipſi omnia Priuilegia a Diuis Praedeceſſoribus Friderico Barbaroſſa, Carolo V., Ferdinando I. et aliis conceſſa, ſolenni Diplomate,

k) *Doc. Orig. Fam.*

l) *Vid.* die gedruckte *Deduction* über das Reichs-Hof-Poſt-Ampt in der Beylage *N. 17.*

mate, aurea bulla, cuius tunc minus frequens vſus erat, munito, et propria tam Caeſaris Ferdinandi, quam Iohannis Suiccardi Archi-Epiſcopi Electoris Moguntini, Sacrique Romani Imperii Archi-Cancellarii manu ſubſcripto, confirmauit, ratumque eſſe voluit. Ex eo, quod inſtituti Noſtri ratio poſtulat, nonnulla iam adducere viſum eſt:

Wir Ferdinand der Andere, ꝛc. So Wir dann gnädiglich angeſehen, wahrgenommen und betrachtet das Uhralte Herr- und Adeliche Rittermäßige Geſchlecht deren von Paar, darinnen Sie von unfürdencklichen Jahren, und noch vom Kayſer Friederich Barbaroſſa, dieſes Namens deß Andern Löbl. Gedächtnüß-Zeiten hero, damahlen Sie umb Ihr geleiſten, Gehorſamen und Getreuen Dienſt willen, mit ſonderbarer Begab- und Schenckung einer Herrſchafft Paar genannt, darzu auch Erhebung in Freyherren-Stand, begnadet, immerzu beharrlich geweſen, wie Sie dann damahlen Belli boni von Caſnie, hernach aber Belli Boni Baroni de Paar geheiſſen, letztlichen aber das Belli Boni außgelaſſen, und allein Baroni de Paar ſich genennet, und Ihnen alſo geſchrieben worden. Inmaßen dann ſchon längſt vor dieſen ſolches mit unterſchiedlichen Glaubwürdigen Schrifften, Inſtrumenten und Brieffl. Uhrkunden bey Uns dargethan, auch Unſere Ertz-Hertzogliche Confirmation den 21. Tag deß Monaths *Ianuarii* deß Sechzehenhundert und Sechſten Jahrs darüber erfolgt und außgefertiget worden. Neben dieſen allen haben Wir auch in gnädigſte Obacht genommen die angenehme, getreue, tapffere, Ritterliche, nutz- und erſprießliche Dienſte, welche Unſern Hochgeehrten Vorfahren am H. Reich, Römiſchen Kayſern- und Königen, und Unſern Löbl. Hauß Oeſterreich, gedachte deren von Paar VorEltern, in viel Weg zu Krieg- und Friedens-Zeiten, inſonderheit aber Johann Baptiſt von Paar, weylandt Unſerm geliebten Vattern, Ertz-Hertzog Carl zu Oeſterreich ſeliger Gedächtnuß, als Ihrer Liebden, wie auch folgends Unſer geweſener

weſener langwieriger Rath, Obriſter Hof-Poſtmeiſter biß in ſein Todt, gantz willig und unverdroſſen erzeigt und bewieſen hat, deſſen rühmlichen Exempel und Fußſtapffen ſeine Söhne und Vetter von Jugend an noch gefolgt, indem der Eine, nemlich der Ehrſame, Edle, Unſer Andächtiger und getreuer Rudolph von **Paar**, Freyherr, St. Johanns Hieroſolymitani Ordens-Ritter, Commendator zu Fürſtenfeldt und Melling, Uns anfängl. als Unſer Geheimer Rath, Cammerer und Obriſter Stallmeiſter, folgends und nun zeither, als beſtalter General-Obriſter der Crobatiſchen und Meer-Gräntzen; ſo dann weyland Julius von **Paar**, Pfand-Innhaber der Herrſchafft Wolckenſtein, als Unſer Rath, Cammerer, und Steyriſcher Hof-Cammer-Praeſident; Nicht weniger auch weylandt Hannß Friederich, als Unſer geweſener Rath, Cammerer, Erb-Land-und Obriſter Hof-Poſtmeiſter, Hauptmann zu St. Veit in Pflaum, und Burg Graf Unſers Fürſtl. Haupt-Schloß zu Grätz, und deßen Bruder Hannß Chriſtoph, anietzo noch geleiſten vielen andern anſehnlichen Hof-Dienſten, Unſer Rath, Cammerer, **Erb-Land-und Obriſter Hof-Poſtmeiſter**, wie ingleichen der jüngere Bruder Veſpaſianus, Freyherr von Paar, zu Hartberg und Krottenſtein, als Unſers freundlich geliebten Bruders Ertz-Hertzog Carls, Teutſchmeiſters, Biſchoff zu Brixen und Breßlau, Lieb, Cammerer, und Unſer geweſener Obriſter Wachtmeiſter über Fünffhundert Pferdt, theils an Unſerm Kayſerl. und Lands-Fürſtl. Hof, theils wieder gemeiner Chriſtenheit Erbfeind den Türcken, wie auch andere Unſere Feind und Rebellen, zu Unſerm Wohlgefallen erzeigt und bewieſen haben, ꝛc. Zu Uhrkundt haben Wir an dieſem Brieff Unſere Kayſerl. Guldene Bull daran hangen laſſen: Der geben iſt in Unſer und deß H. Reichs-Stadt Regenſpurg, den Vierten Tag deß Monats Martii, nach Chriſti Unſers lieben Herrn und Seeligmachers Geburt Sechzehenhundert, und im Drey und Zwaintzigſten Jahr. m) Haec

m) *Doc. Orig. Famil.*

Haec igitur quarta Priuilegiorum Illuſtris Paariae Gentis confirmatio, prioribus tribus, nimirum Caroli V. Anno 1531., Ferdinandi I. Anno 1559., et Ferdinandi II. tanquam Archiducis Anno 1606. datis, acceſſit. Non tamen iſta inſignis gratiae demonſtratione contentus Diuus Ferdinandus II. Imperator beneficiis iſtis alia atque alia addidit. Inter quae omnium maximum reputandum eſt, quod Iohanni Chriſtophoro, Eiusque Deſcendentibus Maſculis, Regnorum ſuorum, Hereditariarumque Prouinciarum, nimirum Hungariae, Bohemiae, Auſtriae, Styriae, Carinthiae, Carniolae, Sileſiae, Morauiae, Tranſyluaniae, Goritiaeque ſummum Poſtarum Magiſterium iure Feudi recti in perpetuum tenendum contulerit. Literae Inueſtiturae Anno 1624. exaratae, eiusmodi tenorem habent:

Wir Ferdinandt der andere von GOttes Gnaden erwählter Römiſcher Kayſer ꝛc. ꝛc. Bekennen für Uns, Unſer Erben undt Nachkommen, offentlich mit dieſem Brieff, undt thun kundt jedermänniglich, daß Wir gnädigſt angeſehen, wahrgenomen und betrachtet die angenehme, getreue, und unverdroſſene, nutzbar und erſprießliche Dienſte, welche Uns Unſer Rath, Cammerer, Erb-Land-Poſtmeiſter in Steyer, und lieber getreuer Hannß Chriſtoph, Freyherr von Paar, zu Krottenſtein und Hartberg, von Jugendt auf in mannigfaltige Weg, mit ungeſpahrten Fleiß, undt Bemühung ſo Tag als Nacht zu Unſerm gnädigſten Wohlgefallen und Belieben, auch ſeinem guten Lob und Ruhm, gehorſamſt erzeigt und bewieſen, ſolches noch täglich würcklich thut, und hinfüro nicht weniger zu erzeigen und zu leiſten deß unterthänigſten Erbietens iſt, auch wohl thun kan, mag und ſoll, und darum mit wohlbedachtem Muth, gutem Rath, und rechtem Wiſſen, auch in Anſehen, daß Er ſeinem bißhero Jhme vertrauten Obriſten Hof-Poſtmeiſter-Ampt, zu Beförderung Unſers und deß gantzen gemeinen Weſens Nutzen, wohl vorgeſtanden, und daſ-

daſſelbe in gute Ordnung gerichtet, auß Gnädigſt wohl affectionirter eigener Bewegnuß Ihme, Hannß Chriſtophen von Paar, Freyherrn, und deſſen Ehelichen Leibs-Erben, und derſelben Erbens-Erben und Deſcendenten männlichs Stammens, die beſondere Gnad gethan, uñ Ihme obbemeltes Obriſt Hof-Poſtmeiſter-Ampt über die Poſten in Unſerm Erb-Königreich Hungarn und Böheim, und deſſen incorporirten Provintzen, wie auch in Unſerm Erz-Hertzogthum Oeſterreich unter und ob der Ennß, nun hinfüran zu einem Mann-Lehen von neuem gnädigſt angeſetzt, verwilligt und verliehen. Thun das, anſetzen, verwilligen und verleihen Ihnen ſolches hiemit wiſſentlich in Krafft diß Brieffs, und meinen, ſetzen und wollen, daß vorgedachter Hannß Chriſtoph, Freyherr von Paar, nun hinfüran die Zeit ſeines Lebens, und auf deſſen Abſterben ſeine Eheliche nachfolgende Männliche Leibs-Erben, Männlichen Geſchlechts, ſo lang deren in abſteigender Linie vorhanden, und im Leben ſeyn werden, mehrbeſagtes Obriſt Hof-Poſtmeiſter-Ampt, und was demſelben anhängig, als ein Männlich *Regal* und Lehen, innen haben, nutzen, nieſſen, und gebrauchen, und damit, wie ſichs gebühret, und deß Poſtweſens von Alters Herkommen, auch dergleichen Mann-Lehen-Art und Eigenſchafft iſt, diſponiren, verfahren, und handlen ſollen und mögen, Uns auch wegen ſolchen neuangeſetzten Männlichen Lehen und Regals, getreu, gehorſamb, gewärtig und dienſtbar zu ſeyn, Unſern Nutzen und Beſtellung deß Poſt-Weſens zu befördern, Nachtheil und Schaden aber zu warnen und zu wenden, und in Summa alles anders zu leiſten und zu thun, was einem getreuen Lehen-Mann gebühret.

Gebieten hierauf allen und jeden Unſern Fürſten, Geiſt- und Weltlichen Prälaten, Grafen, Freyherren, Rittern und Knechten, Land-Marſchalken, Lands-Hauptleuthen, Vehdomben, Vogten, Pflegern, Verweſern, Amptleuthen, Burgermeiſtern, Richtern, Räthen, Gemeinden, und ſonſt allen andern Unſerer Erblichen Königreiche, Fürſtenthum und Lande Unterthanen und

Ge-

Getreuen, was Würdens, Stands, oder Weſens die ſeynd, ernſtlich und feſtiglich mit dieſem Brieff, und wollen, daß Sie vielbeſagten **Hannß Chriſtophen, Freyherrn von Paar**, deſſen Eheliche Leibs-Erben abſteigender Linie, und Männlichen Geſchlechts, an obgeſchriebenen Ihnen zu Lehen verliehenen **Obriſten Hof-Poſtmeiſter-Ampt**, und was demſelben anhängig, in keinerley Weg, wie ſolches immer beſchehen mögte, nicht hindern, irren, anfechten und beſchwären, ſondern Sie deſſen geruhiglich freuen, innhaben, nutzen, nieſſen, und gebrauchen laſſen, hierwieder nicht thun, noch das jemandt andern zu thun geſtatten, in keine Weiß, als lieb einem jeden ſey Unſer ſchwere Ungnad und Straff, und darzu ein Pön, nemlich funffzig Marck löthiges Golds zu vermeiden, die ein jeder, ſo offt er freventlich darwieder thäte, Uns halb in Unſer Cammer, und den andern halben Theil offtgenannten **Hannß Chriſtophen, Freyherrn von Paar**, und ſeinen Ehelichen Männlichen Leibs-Erben, ſo hierwieder beleydiget wurden, unnachläßlich zu bezahlen, verfallen ſeyn ſolle.

Doch ſollen vielgenannte von **Paar** obgehörtes **Obriſt Hof-Poſtmeiſter-Ampt**, als ein von neuem angeſetztes *Regal* und **Männliches Lehen**, von Uns und Unſern Nachkommen jederzeit, wann und ſo offt es damit zu fällen kommt, wiederum zu Lehen zu ſuchen, und zu empfangen ſchuldig ſeyn, getreulich und ohne Gefärde. Mit Uhrkund diß Brieffs, beſigelt mit Unſerm Kayſerl. anhangendem Inſigel, der geben iſt auf Unſerm Schloß **Eberſtorff**, den 4. Tag deß Monats Septembris, nach Chriſti Unſers lieben HErrn und Seeligmachers Geburt im 1624. Jahr, ꝛc. ꝛc. n)

Accepta Feudali lege Veredariorum in Hereditariis Regnis et Prouinciis ſupra recenſitis, Suprema Praefectura, Eidem Iohanni Chriſtophoro Comiti de Paar Poſtarum Praefectura in

n) *Vid.* die gedruckte *Deduction N. 3.*

in Interioribus Auſtriacis regionibus (Jnner-Oeſterreichiſchen Ländern) a ſexaginta annis antea hereditario quidem non tamen feudali iure a Paaria Stirpe iam poſſeſſa, teſtante Archiuo Excelſi Regiminis Graezii commorantis, Die 1. Iunii Anno 1629. et Filio ipſius Carolo Comiti de Paar duplici vice, primum, Die 17. Ianuarii Anno 1646., ſecundum die 21. Auguſti 1660. tandemque Nepoti Comitis Iohannis Chriſtophori, Carolo Ioſepho Comiti de Paar Anno 1678. in feudum data eſt. Nuptias autem contraxit Iohannes Chriſtophorus cum Eleonora Catharina e vetuſta et Illuſtri inter Styrios gente Baronum de Herberſtorff iam extinctorum, prognata. o) Parentes illa habuit, Andream Baronem de Herberſtorff et Liuiam Aemiliam Comitiſſam ab Arcu. Ex hoc matrimonio mares prodierunt tres, Rudolphus, Annae Sophiae L. B. Feufeliae maritus, Petrus, qui N. Comitiſſam de Wahl in torum adſciuit, et Carolus Comes de Paar, Ferdinandi III. et Leopoldi Diuorum Imperatorum Camerarius, qui Anno 1656. de munere ſummi Imperialis Aulae Poſtarum Praefecti (Obriſte Reichs-Hof-Poſtmeiſter-Ampt) in Conſilio Imperiali Aulico iusiurandum praeſtitit. p) Penatibus ſuis induxit Franciſcam Polyxenam, Iohannis Wilhelmi Dynaſtae de Schwanberg et Iohannae Comitiſſae Terzkiae Filiam, heredem et totius Splendidiſſimi Generis Schwanbergici vltimam. Familia haec inter Bohemicas nulli ſecunda, cum Roſenbergiis vetuſtiſſimis et ditiſſimis iſtius Regni Proceribus arctiſſimo ſanguinis vinculo ſibi iunctis, pactum conſenſu Regio, de Vniuerſis bonis et dignitatibus Succeſſorium condidit. Ideo poſtquam Roſenbergii eſſe deſierunt, Schwanbergii, ex Veteri conuentione in bona et Inſignia Roſenbergia ſucceſſerunt, vnde etiam Ciuitas Sobieslauia memorante ZEILERO *Itiner. German.* q) quae

o) BVCEL. *Germ.*

p) *Vid.* die gedruckte *Deduction N. 30.*

q) *P. I. pag. 166.*

quae ſemper Roſenbergiis fidelis manſerat, et ab vltimo Petro libertate donata fuerat, Schwanbergium patronum elegit: qui etiam in ea ex teſtamento Petri Collegium aliquod condidit. De his Roſenbergiis inter alios plurimos SPENERVS etiam celebris Auctor *Part. Spec. Op. Herald.* r) memoriae prodidit, Wockonem, qui Anno 1262. mortuus eſt, Regni Bohemiae Mareſcallum, Capitaneum Auſtriae et Styriae ſub Ottocaro Rege, Filium Witkonem iterum Regni Mareſchallum, Henricum Burggrauium ſeu Pro-Regem Bohemiae, *Nicolaum Epiſcopum Pragenſem*, Petrumque Henrici *Filium* Supremum Regni Camerarium fuiſſe, et Regis Wenceslai III. viduam Violam ſeu Eliſabetham Duciſſam Teſchinenſem in matrimonio habuiſſe. Huius Nepos *Henricus* Roſenbergius denuo Prorex in Bohemia claruit. *Imo Wokonis* IV. Gubernatoris Bohemiae Filii quatuor, ordine Gubernatores fuere, Henricus, Iohannes, Iodocus, et Petrus. Wilhelmus Roſenbergius Iodoci Filius Paterni muneris ſucceſſor, quatuor Vxorum maritus, ex quibus tres ordine priores Sereniſſimis Germaniae Stirpibus ortum debuerunt, nimirum Catharina, Erici Senioris Ducis Brunſuicenſis et Lunaeburgenſis Filia Anno 1557. Sophia, Ioachimi II. Electoris Brandenburgici gnata, Anno 1561. et Anna Maria, Philiberti Marchionis Badenſis Filia, Anno 1578. ducta eſt. Sed prole, quae aetatem tuliſſet, caruit, et Anno 1592. moriens *Fratrem Petrum Roſenbergium Succeſſorem habuit*, qui Anno 1611. vitam et gentem clauſit, relicta Schwanbergiis opima hereditate, qua tamen haud diu gauiſi ſunt, nam Adamus Dynaſta de Schwanberg Familiae poſtremus, circa vmbilicum ſuperioris ſeculi vitam cum morte commutauit, ſuperſtitibus ex Iohanne Wilhelmo Schwanbergio duobus ſequioris ſexus liberis, quorum Franciſca Polyxena Carolo Comiti de

r) *L. II. C. 16.*

de Paar elocata, marito ius in omnia bona Schwanbergica simul ac insignia Rosenbergico-Schwanbergica gerendi, attulit, quo Caesareo Diplomate de Anno 1665. confirmato, Carolus Comes Paaria insignia cum Rosenbergico-Schwanbergiis coniunxit, vt infra latius explicabitur. Duorum autem gnatorum in Nostri seculi decus florentium Pater factus est, Senior Carolus Iosephus Comes de Paar, Sacrae Caesareae Maiestatis Consiliarius Intimus et Supremus Imperialis Aulae Prouinciarumque hereditariarum Postarum Praefectus, qui auitas Maiorum suorum virtutes per multos dispersas, in vnum collegit, suarumque tantum partem effecit, in matrimonio habet Mariam Renatam Comitissam de Sternberg, cuius Illustri Genti Cap. XXVI. Collectaneorum dicatum, Vlrici Wratislai Supremi Burggrauii Pragensis, et Annae Luciae Comitissae Slawatae Filiam, quae ipsum pulchra prole Parentem fecit, ex Filiis duo superstunt, Iohannes Adamus et Leopoldus, Prior Caesari a Consiliis Imperialibus Aulicis et Cubiculo, Vxorem duxit, Mariam Iosepham Antoniam, Iohannis Wilhelmi Comitis Oettingensis in Spielberg, et Mariae Annae Theresiae Gentilis gnatam, Excellentissimi Comitis Wolffgangi ab Oettingen, Consilii Imperialis Aulici Dignissimi Praesidis Neptem. Iunior Frater Caroli Iosephi Ignatius, Comes de Paar, Caesareus Camerarius et Archimagirus, Vir in omnium virtutum exempla et demerendis hominibus natus, cum Marianna Francisca Comitissa de Waldstein in coniugio viuit.

De insignibus nonnulla adiicienda adhuc veniunt. Symbolum gentilitium Paariae gentis ab antiquo senis ex auro et caeruleo colore taeniis obliquis dextris exarabatur, galeamque iugum alarum expansarum impresso typo scutario premebat. Deinde Ferdinandi I. gratia, propter merita in coronatione Hungarica (prout verba Diplomatis sonant) ei exhibita, augmentum acceperunt. Scutum videlicet transuersim

uerſim ſectum, et ſuperiori parte argento tinctum eſt. In ea repraeſentabatur taurus rubeus magno niſu dextram verſus currens, cornibus prominulis, capite aureo diademate inſigni; inferiori parte ſex trabibus caeruleis et aureis ſupra deſcriptis exornata. Clypeo galea coronata impoſita, ex qua prodiit dimidius taurus ſcutarius dextram verſus ſe inclinans, erectis *prioribus* pedibus. Haec armorum figura in Parochiali templo Dominii Paar exhibetur, quae Martinus Baro de Paar Anno 1525. affigi curauit. Sed Petrus, Ioſephus, Mundinus et Iohannes Baptiſta Fratres Barones de Paar, Ferdinandi I. Imperatoris beneficio nouam acceſſionem inſignium, aliamque eorum diſpoſitionem anno 1559. conſecuti ſunt. Vtamur propriis verbis Diplomati inſertis: *Sit ſcutum quadripartitum, ſeu in quatuor partes ſecundum latitudinem et longitudinem diuiſum, quarum ſuperior ſiniſtra et inferior dextra oblique inter ſe poſitae ſint, aurei coloris, et vtraque Aquilam nigram explicatis alis et pedibus, hianti roſtro, aurea corona Capiti impoſita, inſignem contineat, reliquae vero duae, ſuperior ſcilicet dextra, et inferior ſiniſtra vetera Familiae Veſtrae inſignia repraeſentanto. Scuto impoſita ſit galea tornearia aperta ſeu clathrata, cum corona aurea, ex qua duae inſignes alae vulturinae expanſae ſurgant, quarum altera quae dextra eſt, ſit aurea, tribus lineis caeruleis a dextra in ſiniſtram oblique ductis diſtincta, altera rubea linea alta iuſtae latitudinis per medium diſſecta, inter has alas taurus eſto rubeus, pubetenus conſpicuus, ſimilis ei qui in veteribus inſignibus conſpicitur in ea corporis conſtitutione, vt vterque oculus videri poſſit, phaleris ſeu teniis ab vtroque clypei latere circumfuſis, a dextra aurei et caerulei coloris, a ſiniſtra vero rubei candidi.* Hoc ſcutum in FVRSTII Armorario (Wappen-Buch) *Part. I.* pag. 48. exhibetur, eoque Comites de Paar ad vsque Annum 1623. vſi ſunt. Tunc Iohannes Chriſtophorus a Ferdinando II. Imperatore, teſſeras ſic diſpoſitas nactus eſt. Data nempe Aquila Im-

Imperialis nigra, expanſa, biceps, vtroque capite coronata, cui Diadema Caeſareum imminet, eiusque pectori impoſitum eſt ſcutum quadripertitum, Laterculus primus et quartus ſenis baltheis aureis et coeleſtinis dextris ornatur. Tertius et quartus argento tinctus aquilam ſimplicem minio infectam, refert, hiſce quadrantibus incumbit parmula argentea, in qua dimidius taurus rubeo colore et cornibus aureis pictus, conſpicitur. Clypeus autem corona Regia tegitur. Hanc armorum Diſpoſitionem ad id tempus vsque Comites de Paar geſtarunt, quo Roſenbergia inſignia Anno 1665. cum ſuis coniunxerunt. Eo enim temporis tractu huiuscemodi ſcuti diſpoſitio aſſumpta: Retento enim clypeo gentilitio et ſcutulo medio taurum repraeſentante omiſſo, eius loco parmula alia bipertita ſubſtituta eſt, cuius pars prior transuerſe ſecata, ſuperiori regioni roſa coccinea impreſſa, inferior ſexies argento et minio oblique dextrorſus taeniata fuit. Pars poſterior rubea eſt, in qua colli viridi inſiſtit cygnus natiuo colore tinctus, dextrum pedem erectum tenens. Ex vtraque parte telamones vrſi duo poſiti, clypeum tenent. In Diplomate Imperiali vernacula lingua ſic inſignia deſcribuntur: Einen freyen doppelten beſcheint, und gewenten ſchwartzen Adler, mit von ſich geſtreckten beeden Krählen, außgebreiteten Flug, offenen Schnabel, und roth außgeſchlagener Zunge, ob welchen eine zierliche Kayſerl. Cron geſetzt iſt, auf deſſen Bruſt iſt ein gantz gelb: oder goldt-farber quartirter Schild, auf deſſen untern, hintern und obern Vordertheil, drey von der rechten oben gegen der lincken Hand herabwärts gelegte Straſſen zu ſehen, auf dem untern, vordern und obern Feld erſcheinet ein vorwärts gewenter gecrönter einfacher ſchwartzer Adler, mit aufgethanen Flug, offenen Schnabel, und roth außgeſchlagener Zunge, welcher Schildt dann mit einer darob geſetzten Königl. Cron gezieret iſt, in der mitte dieſes Schild halten zwey aufrecht ſtehende Bären auch ein mit einer Königlichen Cron

geziertes Hertz-Schildlein, mit einer Perpendicular-Linie, in zwey gleiche Theile, in der Mitte abgetheilt, deſſen Hintertheil roth, und in demſelben ein auf einem grünen Hügel vorwärts ſtehender Schwan mit aufgehebten rechten Fuß zu ſehen iſt, das Vordertheil iſt durch eine Zwerch-Linie gleich abgetheilt, das Unter-Feld iſt roth, und mit dreyen von der Rechten gegen der Lincken abwärts gelegten weiſſen Balcken, unterzogen, das Ober-Feldt aber weiß, in deſſen Mitte eine rothe Roſen mit fünff Blätter geſetzt iſt. Et his inſignibus Illuſtriſſ. Paaria gens hodienum vti ſolet.

CAPVT XVII.

De Hereditario Auſtriae Vexillifero.

